(5

VOLUME DE' DOCUMENTI

ESTRATTI DALL' ARCHIVIO DELLA REGIA ZECCA.

(9) Critemi

DOCUMENTO I.

Ex Regesto anni 1323. L. A. fol. 13. ad 62.
De Muro

PEtrus filius Raulis de Muro dixit, quod tenet Villanos XXIV., & cum augmento obtulit militem I.
Riccardus filius Roberti dixit, quod tenet Villanos XXVII., & cum augmento obtulit militem I.
Guillelmus de Muro dixit, quod tenet Villanos VI., & cum augmento obtulit militem I.
Alexander dixit, quod tenet Villanos VIII., & cum augmento obtulit militem I.
Riccardus Longrende dixit, quod tenet Villanos VII., & cum augmento obtulit militem I. Et sicut Alfanus Camerarius misit Curiæ apud Tarentum VI. Villanos prædictos, & tenet ipse Riccardus de Electo Muri, de quibus ei servire debet.
Guido Simonis dixit, quod tenet Villanos XXII., & cum augmento obtulit milites II.

DOCUMENTO II.

Ex Regesto Serenissimi Regis Caroli I. signato 1269. D. fol. 4.

ITem factum est privilegium in forma pro Petro de Hugot milite, de Civitate Muri cum Castro ejusdem Civitatis sita in Justitiariatu Basilicate, cum hominibus, Vaxallis &c. Actum in Castris in obsidione Lucerie, presentibus venerabili patre Archiepiscopo Cusentino Petro Domino Bellomontis Comite Montiscaveosi, Roberto de Lavena juriscivilis profexore, & Jetzolino de Marra magne Curie nostre Magistro Razionali dilectis &c. & quampluribus aliis. Datum anno domini MCCLXIX. mense madii, octavo ejusdem, XII. Inditionis, Regnante Domino Karulo &c. Regni ejus anno quarto feliciter amen.

QUì si sarebbero dovuti imprimere gli ordini di Carlo I. per la consegna del Castello di Muro da darsi a Pietro Hugot unitamente alle macchine da Guerra: ma sì fatta carta per la celerità dell' appuntamento della causa, non si è ancora dall' Archivio della Regia Zecca estratta.

DO-

DOCUMENTO IV.

Ex Regesto Serenissimi Regis Caroli Primi signato 1269. B. fol. 183.

Karolus &c. Secreto Apulie &c. Cum nos terram Murisium in Justitiariatu Basilicate, cum hominibus, Vassallis, aliisque juribus, & pertinentiis suis Petro de Hugot militi dilecto & familiari nostro, suisque heredibus ex ipsius corpore legitime descendentibus, duximus concedendam de liberalitate mera & gratia speciali, fidelitati tue &c., quatenus eumdem Petrum, vel certum ejus nuncium suum ejus nomine in corporalem possessionem ipsius terre inducens, faciens sibi de ipsius proventibus integre responderi, ac eumdem Petrum a pheudatariis, si qui sunt in terra ipsa, & in pertinentiis, & ab hominibus ejusdem terre, recepto prius ab eis pro nobis fidelitatis solite juramento, assecurari facias, juxta consuetudinem regni nostri, fidelitate nostra, nostris, ac cujuslibet alterius juribus semper salvis. Volumus insuper, & mandamus, quatenus victualia, animalia, & alia bona mobilia, seseque moventia, que fuerunt manifestorum proditorum nostrorum ipsius terre, & per privatas detinentur personas, inquirere, invenire, & capere, & jamdicto Petro, vel suo nuncio pro eo, cui ipsa concessimus, assignare procures, proviso quod ad ea, que de bonis predictis ad massarias, vel ad aracias nostras pervenerint, & nostris sint procuratoribus assignata, manus tuas aliquatenus non extendas. Datum in obsidione Lucerie ultimo madij XII. Indictionis.

DO-

DOCUMENTO V.

Fit fides per me infrascriptum Regalium Archivorum Regiæ Cameræ Summariæ Præfectum, qualiter recognito Fasciculo signato n. 29. olim 30. in Regali Archivo Magnæ Curiæ Regiæ Sycle hujus inclitæ, ac fidelissimæ Civitatis Neapolis servato, in eo fol. 84. extat Inquisitio Rapollæ, fol. 84. a t. Inquisitio Ripæcandidæ, fol. 85. Inquisitio Sanctæ Sophiæ, fol. 86. a t. Inquisitio Petræpaganæ, & fol. 87. a t. Inquisitio Tufariæ, post quam Inquisitionem Tufariæ legitur Inquisitio Muri hoc modo vid.

In Muro

Donadeus Ricius juratus & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, seu pheudatarios, terras, & bona pheudalia in capite, tam ultra, quam infra feudum tenentes, esse in predicta terra muri, & pertinentiis suis, & quas terras, & bona pheudalia a regia curia tenent, & cujus annui redditus, & valoris sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter & distincte, dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius aliquis est in predicta terra Muri, excepto domino Petro de Ugoth Gallico, qui est dominus ipsius terre ex concessione regia sibi facta.

Cujus terre redditus, & proventus valent annuatim cum omnibus racionibus, & proventibus suis ad eandem terram spectantibus ad generale pondus auri unc. L

Divisis ipsis unciis per membra Jurium & proventuum ipsius terre particulariter in hunc modum videlicet.

Bancum Justitie	*unc. II*
Jus extalei	*unc. XII*
Jus forestagii	*unc. II*
Jus platze	*unc. II*
Jus pheudotariorum	*unc. IIII*
Proventus terragiorum	*unc. X*
Proventus furnorum	*unc. VI*
Proventus molendinorum	*unc. X*
Proventus vinearum	*unc. II*

Et de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam uti proximus, & oriundus de terra ipsa.

Dragominus juratus & interrogatus super premissis omnibus dixit per omnia ut proximus.

Rogerius de Petracta juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Guillelmus de Sanxone juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Urso de Salerno juratus & interrogatus super premissis, dixit per omnia ut proximus, excepto quod non fuit Camerarius, sed fuit bajulus, credincerius, & respondebat predicto Camerario de predictis redditibus & proventibus anno quolibet in predicta pecunie quantitate.

Thomas de Oria juratus & interrogatus super premissis, dixit per omnia ut proximus.

Astorus juratus & interrogatus super predictis, dixit per omnia ut proximus.

Rogerius de Auferio juratus & interrogatus super predictis dixit per omnia ut proximus.

Rogerius de Mediolano juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Magister Petracca juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Bartholomeus de Petracca juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Guillelmus de Alfano juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Petrus de Raynerio juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Johannes de Aliberto juratus & interrogatus super premissis dixit per omnia ut proximus.

Girardus frater ejus juratus & interrogatus super predictis dixit per omnia ut proximus.

Sicut hec, & alia clare patent ex memorato Fasciculo, cui &c. Datum ex eodem Regali Archivo hac die vigesima nona mensis Octobris millesimi octincentesimi secundi 1802.

DO-

DOCUMENTO VI.
Ex Regesto ejusdem Serenissimi Regis signato 1270. *C. fol.* 128.

EOdem die ibidem scriptum est Justitiario Basilicate. Nobilis Vir Petrus de Hugot miles devotus noster exposuit coram nobis, quod infrascripta bona stabilia ad jus, & dominium suum de jure spectantia ratione terre Muri, quam ex dono Regio tenet, alienata sunt de demanio ipsius terre illicite & distracta, & detinentur per infrascriptos de terra ipsa in suum prejudicium occupata, propter quod revocari ea ad proprietatem & jus, ac demanium dicte terre, secundum justiciam mandaremus: Cujus supplicationibus annuentes devotioni vestre etc. quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, inquiratis de hiis diligentius veritatem, et si de premissis vobis legitime constiterit, bona ipsa subscripta ad jus et proprietatem dicti militis, et demanium dicte terre mediante justicia revocetis. Cauti; quod ad ea, que Regia Curia tenet, vel per Regiam Excellentiam aliquibus sunt concessa, manus auctoritate presentium nullatenus extendatis. Bona ipsa, nec non nomina et cognomina detentorum sunt hec videlicet. Molendinum unum situm in flomaria dicte terre, quod tenet Judex Robbertus de Donadio. Item battenderium unum situm in eadem flomaria quod tenet Drugumerius de Muro. Item quedam vinee site in tenimento dicte terre Muri prope vineam, que dicitur Imperatore, et prope FORESTAM *ejusdem terre, et prope viam, qua itur ad Ecclesiam Sancti Johannis, quas tenet Nicolaus de Spenendeo, Gilbertus Sabrolanus, Jo: Lucifigulus, Riccardus Cavalerius, Riccardus Pelliparius, Robertus medicus, et predictus Druguminus.* ITEM QUEDAM CASTANETA, ET FORESTE *in loco, qui dicitur ad Lazarum in pertinentiis dicte terre, quas tenent Gratianus de Abitante, Nicolaus de Spenedeo, Gulielmus de Sansone, Bartholomeus de Petracca, Trogisius de Galiano, Nicolaus Prenatarius, Rogerius de Aliosa, Robertus de Jacovo Andrea, Robertus Major, Ventura de Azo, Petrus Pelosi, et Robertus Modeus, et quedam alia* CASTANETA *sita in pertinentiis dicte terre, in loco qui dicitur Sanctus Martinus, que detinent heredes Roberti de Cardina, et Gualterius Calcimella. Datum ut supra.*

DOCUMENTO VII.

Ex Regesto Serenissimi Regis Caroli II. signato 1308. e 1309. C. fol. 21. ad 22.

KArolus Secundus &c. Tenore presentis privilegii notum facimus Universis tam presentibus, quam futuris, quod obsequentium nobis merita gratis affectibus intuentes, illos potioribus providemus beneficiis efferendos, quos ex fidelitatis constancia, & sufficientia probitatis majora nobis comperimus obsequia prestitisse, ut melioribus meritis premiis dignioribus compensatis, animemus exemplo hujusmodi ad serviendum nobis impensius universos. Considerantes igitur grandia, grata, & accepta servicia, que nobilis vir Otho de Tucziaco miles, Regni nostri Sicilie magister Justitiarius, dilectus Consanguineus, Consiliarius, familiaris, & fidelis noster clare memorie domino patri nostro, dum viveret, ac nobis prestitit, hactenus prestat assidue, & speramus ipsum in antea prestiturum, collationem & donationem factam ei, & suis heredibus ex ipsius corpore legitime descendentibus in perpetuum per dictum dominum patrem nostrum de Castro Mari, Casali Aspero, & Albano, sitis in Justitiariatu Basilicate, cum hominibus, juribus, rationibus, & pertinentiis suis omnibus, pro annuo redditu unciarum auri ducentarum sub servicio decem militum, ex certa scientia confirmantes, eadem Castrum Mari, Casale Asperum, & Albanum pro ipsis annuis unciis ducentum, nec non terram Isernie sitam in Comitatu Molisii pro aliis annuis ducentis unciis, ac terram Eboli sitam in Justitiariatu Principatus pro annuo redditu unciarum auri quadringentarum, quas terras Isernie & Eboli dictus Otho ex collacione Viri Magnifici Domini Roberti Comitis Atrebatensis carissimi consanguinei nostri, dum in predicto Regno nostro Sicilie Bajulatus gerebat officium, quam concessionem dicti Comitis veluti viribus vacuam irritamus, cum hominibus, Vaxallis, possessionibus, redditibus, proventibus, servitiis, terris cultis, & incultis, planis, montibus, pra-

pratis, nemoribus, pascuis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, aliisque juribus, jurisdictionibus, tenimentis, & pertinentiis omnium prædictarum terrarum, Castri, & Casalium, & locorum, que de demanio in demanium, & que de servitio in servitium, eidem Othoni de Tucziaco, & ejus heredibus ex ipsius corpore legitime descendentibus utriusque sexus natis jam, & in antea nascituris in perpetuum, pro annuo redditu predistincto damus, donamus, tradimus, & ex causa donationis proprii motus instinctu de novo concedimus in feudum nobile, de liberalitate mera, & gratia speciali, juxta usum & consuetudinem Regni nostri Sicilie, & generalis ac humane nostre sancionis edictum de feudorum successionibus in favorem Comitum, & Baronum omnium dicti Regni, a tempore felicis adventus dicti domini patris nostri in ipsum Regnum, Comitatus, Baronias, ac feuda inibi ex perpetua collatione tenentium, factum nuper & in proximo parlamento per nos celebrato Neapoli divulgatum. Ita tamen, quod dictus Otho, & ejus heredes pro predictis terris, Castro, & Casalibus, nobis, & heredibus, ac successoribus nostris servire teneantur immediate, & in capite de servitio quatraginta militum, computata persona sua, juxta quod est de usu, & de consuetudine dicti Regni, videlicet pro predictis Castro Muri, Casali Aspero, & Albano de servicio decem militum; pro predicta terra Isernie de servicio aliorum decem militum; & pro dicta terra Eboli de servicio aliorum vinginti militum, ad que servicia prestanda se nobis voluntarie obligavit. Et quod dictus Otho & ejus heredes de demanio, & Baronia predictarum terrarum, Castri, & Casalium tantum habeant dicta terras, Castrum, & Casalia, & nihil aliud habeant de Baronia ipsa; & quod non respondeatur sibi a Baronibus & feudatariis ejusdem Baronie, nisi pro hiis tantum, que intus perdicta terras, Castrum, & Casalia forte tenent aliqui Barones, & feudatarii de Baronia prefata, & quod illi, quibus aliqua jura & poxessiones dictorum terrarum, Castri, & Casalium per nostram Curiam sunt concessa, ipsa in capite teneant, prout eis per eamdem Curiam sunt

con-

concessa, & si aliqui Barones, & pheudotarii sunt in dictis terris Castro Casalibus & eorum pertinentiis, qui servire in capite nostre Curie tenentur, in nostro demanio, & dominio reserventur. Retentis etiam Curie nostre salinis, & juribus Marinarie, & lignaminum, si qua sunt, & debentur in eis, que omnia in nostro demanio, veluti ex antiquo ipsi demanio pertinentia, volumus remanere. Animalia insuper & equitature Araciarum, Marescallarum, & Massariarum nostrarum pascua, & aquam libere sumere valeant in territoriis terrarum, Castri, & Casalium predictorum, & si forte ipsorum, vel aliquorum ex eis pertinentie, current usque ad mare, reservetur nobis, & dictis nostris heredibus possessio, dominium, jus, & proprietas totius litoris, & maritime pertinentiarum ipsarum, in quantum a mari infra terram per jactum baliste dicte pertinentie protenduntur, quam maritimam per homines nostri demanii volumus custodiri. Investientes eumdem Othonem dicto modo per nostrum Anulum de premissis. Ita quod predicta omnia a nobis, & dictis nostris heredibus, & successoribus, ipse, & heredes sui perpetuo in capite teneant, nullumque alium exinde preter nos & heredes, ac successores nostros in superiorem, & dominum recognoscant. Pro quibus quidem terris Castro & Casali us ab eodem Othone recepimus ligium homagium, & fidelitatis debite juramentum: Retentis nobis & dictis heredibus, & successoribus nostris juramentis fidelitatis Prelatorum, Baronum, & Feudatariorum, si qui sunt, in terris, Castro, & Casalibus supradictis, que nobis, & eisdem heredibus & successoribus nostris precise, contra omnem hominem prestabuntur, quibus prestitis dictus Otho, & sui heredes assecurabuntur ab ipsis juxta consuetudinem dicti Regni. Salvis semper nobis, & ipsis heredibus, & successoribus nostris juramentis, & fidelitatibus supradictis. Retentis etiam causis criminalibus, pro quibus corporalis pena mortis videlicet, vel ammissionis membrorum, aut exilii debet inferri. Collectis quoque dictarum terrarum, Castri & Casalium hominibus per nostram Curiam imponendis, que integraliter & libere per nostram Curiam

exi-

exigentur, moneta etiam generali, que pro tempore de mandato Curie nostre cudetur in Regno predicto, quam & non aliam universi homines de terris, & locis ipsis recipient, & expendent. Defensis insuper, que a quibuscumque personis, invocato nostro nomine, ipsarum terrarum Castri & Casalium hominibus imponentur, & contempte fuerint, quarum cognitio, & castigatio ad solam nostram Curiam pertinebit. Collationibus preterea feudorum quaternatorum, sive gentilium vacantium pro parte ibidem, sive propter commissum per Barones dictarum terrarum Castri, & Casalium crimen hereticos, aut lese Majestatis, sive pro eo quod absque legitimis heredibus Barones ipsi decesserint, que utique feuda per nos, heredes, & successores nostros, cuicumque voluerimus, conferentur. Ita tamen quod dictus Otho, & heredes sui habeant in feudis ipsis assignationem poxessionis eorum per ipsos ad mandatum nostrum, hiis quibus collata fuerint, faciendam, habeantque relevium, servicium, & jura, que ab illis, qui antea feuda ipsa tenuerant, debebantur, nisi forte dictus Otho, & heredes sui, a nobis & dictis heredibus, & successoribus nostris premoniti negligentes extiterint in gravando hujusmodi Barones hereticos, seu rebelles. In quo utique casu videlicet si premoniti in illis gravandis negligentes extiterint, dominium & proprietas feudi heretici, seu rebellis, libere ad nostrum demanium & dominium revertantur: salvis nihilominus serviciis nobis exinde debitis, secundum usum, & consuetudinem dicti Regni, & omnibus quibuslibet aliis, que Curie nostre de terris, Castro, & Casalibus ipsis, & in ipsis maioris dominij ratione debentur, prout ea habemus & habere debemus in aliis Regni locis maioris Dominij ratione. Salvis etiam usibus & consuetudinibus aliis dicti Regni, & iuribus nostre Curie, & alterius cuiuscumque. Et quia in concessione facta prefato Othoni per Dominum patrem nostrum de predicto castro Muri, Casali Aspero, & Albano apposita dicitur fuisse condicio, ut si ad prefatum Othonem, pro parte Philippe Comitisse Albe uxoris sue, Comitatum Celani pervenire continget, liceat ei-

eidem domino patri nostro, vel suis heredibus Castrum & Casalia ipsa ad manus Curie revocare. Nos condicionem ipsam, serviciorum ejusdem Othonis intuitu, de speciali gratia tollimus, & ex certa nostra scientia removemus. Ut autem hujusmodi nostra donatio, traditio, atque concessio perpetuo plenum robur obtineat firmitatis, presens privilegium nostrum exinde fieri, & pendenti sigillo Majestatis nostre jussimus communiri. Alio privilegio consimili sub aurea bulla Majestatis nostre impressa typario concesso nihilominus ad cautelam. Actum Aquis presentibus Venerabilibus viris Magistro Adam de Dussiaco Cusentino Electo Regni nostri Sicilie Cancellario, Magistro Gullielmo de Ferreriis preposito Massiliense, & Johanne Pipino de Barolo Milite magne nostre Curie Magistro Racionali, dilectis consiliariis, familiaribus & fidelibus nostris. Et datum ibidem anno Domini MCCXCIIII. die quinto mensis Januarii septime Inditionis &c.

Simile privilegium factum est pro eodem magistro Justitiario sub aurea bulla.

DO-

DOCUMENTO VIII.

Ex Regesto Caroli Secundi 1303. D. fol. 9.

KArolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem & Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, Provincie, & Forqualquerj Comes. Universis presentis scripti seriem inspecturis, tam presentibus, quam futuris currentis . . . . . & temporum alternata varietas, sic omnia sursum deorsum commiscent & variant, sic memoria humane fragilitatis obliterant, quod imminentibus novis expedit recensere preterita, & in presentem noticiam artificiali quadam industria renovare. Sane dudum tota terra pheudali, quam Philippus de Tutiaco diebus illis absque legittimis heredibus vita functus a Curia nostra tenebat in Regno ad ipsam rationabiliter Curiam devoluta, & ea preter aliqua loca Raymundo Berengario nato nostro in feudum per nos donata & tradita, prout constat, in qua quidem concessione & tradicione nostra continentur, & includuntur expresse terra Muri, castrum Albani, & Casale Aspri sita in Justitiariatu Basilicate, que nobilis mulier Philippa comitissa Albe relicta quondam Otbonis de Tucciaco militis patris prefati Philippi tenere debebat & debet in sua vita dumtaxat racione dodarii constituti sibi per ipsum Oddonem premortuum virum suum: successit ex ignorantia, vel errore, prout ex post facto didicimus, quod post nostram concessionem eadem prefata Comitissa dictum castrum Albani, & casale Aspri cum Johanne Pipino de Barulo milite magno Curie nostre magistro Rationali, dilecto consiliario, familiari, & fideli nostro ad Castrum suum de Grandis, casale Raponi sita in justitiariatu predicto, & ad quedam alia bona feudalia sita in casale Maleti de pertinentiis Averse, nec non & ad alia quedam bona sita in Melfia, que Johannes ipse a Curia nostra tenebat, contractu invicem permutavit, prout instrumenta publica, & alia plura scripta hinc inde pro necessariis munimentis assumpta dicuntur apertius continere, accedente postremo ad id, ex oblivio-

vione prof.cto, nostre Majestatis licentia & assensu: sicut nostre continent littere inde date. Post hoc autem, bujus rei geste serie declarata, & in lucem patule notificationis adducta, pensantes, quod permutatio ipsa de jure fieri non potuit, nec facta tenebat, utpote quia dicta castrum **Albani &** *casale Aspri taliter permutata erant, & sunt de jure ad ipsum Raymundum natum nostrum post prefate* **Comitisse** *obitum accessura, nec proinde ipsi Comitisse permutationis prefate contractus qui nascebatur perpetuus, vel permutandi auctoritas competebat, Johannes ipse saniori ductus consilio in nostra presentia constitutus permutacioni renunciavit eidem voluntarie & exprefse, contentus prefata Castrum de Grandis, Casale Rapani, & predicta feudalia bona in Casale Maleti, & alia dicta bona in Melfia recipere, ac ipsum castrum Albani, & casale Aspri ex hujusmodi permutatione recepto, eidem Comitisse, prout prius illa tenuerat resignare. Sicque facto, quod dicta permutatio est revocata in irritum & rescissa per totum, ad unumquemque dictorum permutantium quod dederat redit, ut prefertur. Restat illud exinde dubium, quod scilicet instrumenta, & scripta hujusmodi propterea hinc inde assumpta, ac nostre litere inde date adhuc remanent in pendenti, que si apparerent fortassis in posterum, de facili possent inducere dubium, & litis aut iurgii, vel alterius contentionis anfractum. Ne igitur omissum in hoc provisionis opportune remedium faciat jurgiosum in antea, quod ipsa rei veritas dat. . . . . . presentibus declaramus, & declarando decernimus, omnia & singula, tam instrumenta publica, sive scripta quecumque, quam etiam literas nostras, seu privilegia quelibet de prefata mutatione sumpta, ut predicitur inter partes, vel a nostra Majestate concessa, fore penitus irrita, rupta, cassa, & vacua, & quandocumque deinceps appareant, & nullius penitus roboris, aut momenti, maxime cum prefatus Raymundus natus noster revocatione, & rescissione contractus permutationis predicte a nobis cum istantia, & utpote plus contentus dictis castris Albani, & casali Aspri, ac conditionem suam in hoc reputans fa-*

facere meliorem omni jure, quod ex permutatione hujusmodi ex quibuscumque privilegiis, aut literis nostris inde factis sibi, vel suis heredibus in predictis Castro de Grandis, casale Raponi, & utrisque bonis prefati Johannis competeret, aut competere posset in nostri presentia renuntiavit expresse. In cujus rei testimonium presens scriptum exinde fieri & pendenti Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per Barthlolomeum de Capua &c. Die XXIV. Decembris. II. Inditionis.

DO-

DOCUMENTO IX.

Ex Regesto Caroli II. signato
1308. 1309. C. fol. 30. a t.

Karolus Secundus &c. tenore presentium notum facimus Universis tam presentibus, quam futuris, quod dum olim inter bone memorie Raymundum Berengarium natum nostrum agentem ex parte una, & nobilem mulierem Philippam Comitissam Albe fidelem nostram conventam ex altera super terris Muri, Albani, & casale Asperi sitis in provincia Basilicate, quas tunc prefata Comitissa tenebat, coram nobis questio verteretur, tandem post certos in ipsa processus abitos, ut infra describitur, causam eamdem sententialiter duximus terminandam, prout patentes litere nostre pro utriusque partis cautela tunc facte, quarum series supter annectitur continent, & declarant. Cumque dicta Comitissa sua interesse asserat dictas literas nostras penes se habere sub nostro sigillo in testimonium pro cautela, supplicavit nobis humiliter, ut ipsas assumi de regestris Curie nostre, ac annotari presentibus benignius mandaremus. Nos autem, quia Regestis ipsis de mandato nostro censitis dictarum literarum tenor, prout infra subsequitur, est repertus, dicte Comitisse supplicationibus inclinati, formam ipsarum litterarum, sicut de jamdictis regestis assumpta est de verbo ad verbum, mandavimus, & fecimus, pro expedienti prefate Comitisse cautele suffragio, presentibus annotari, quarum tenor per omnia talis est. Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem & Sicilie, Ducatus Apulee, & Principatus Capue, Provincie, & Forqualquerii Comes. Notum facimus universis presentis scripti seriem inspecturis, presentibus & futuris, quod in causa dudum mota per Raymundum Berengario natum nostrum contra nobilem mulierem Philippam Comitissam Albe fidelem nostram super terris Muri, Albani, & casali Asperi sitis in provincia Basilicate, quas coram Magistro Guillelmo Ebrardi juris civilis professore sacrista Burbinensi, auditori hujus cause de plano & summarie per nos dato, ut juribus par-

partium discussis referret nobis quicquid exinde inveniret. Pars dicti Raymundi proposuit contra partem dicte Comitisse presentem, quod eidem Raymundo ex nostra donatione, & concessione dicte terre cum hominibus, juribus, tenimentis jurisdictionibus, & pertinentiis omnibus pleno jure spectaverunt & spectant, & quod ipsa Comitissa, que in eisdem terris, nec ratione usufructus, nec ratione aliqua jus habebat, vel habet, terras ipsas illicite detinebat, impediens, & non permictens, quod ipse Raymundus per se, & alios libere perciperet fructus, redditus, & proventus earum, subjuncto, ut audita causa, & examinatis juribus partium, nobis dictus Auditor reperta juxta formam nostri mandati celeriter referre deberet, & demum concluso in causa coram dicto Magistro Guillelmo, facta fuit nobis per eum relatio de hiis plene. Post quam relationem clare, ac lucide nobis factam in presentia nostra, & consilii Comitum & Baronum, auditis, & intellectis opinionibus diversorum, tam equitatis videlicet, quam rigoris, Nos sequentes cum istantia equitatem hanc in hac parte ex certa nostra scientia potius, quam rigorem, ipsam Comitissam Albe in centum unciis annui redditus legatis per quondam Othonem de Tuctiaco militem, olim virum suum, & per quondam Philippum natum ejus in dictis terris Muri, Albani, & casalis Aspri, absolvimus, tenendis, & utendis fruendis in vita sua absque servitio, quod nostre Curie facere minime teneatur. Ut autem in eo, quo redditus & proventus terrarum ipsarum excedunt dictas uncias centum, ipsa Comitissa patiatur, & non impediat dictum Raymundum natum nostrum, seu ejus officiales, quod quidem excedens adjudicamus nato nostro prefato. Comitissam eamdem condemnamus in scriptis, hanc nostram sententiam predictis partibus presentibus proferentes, sublata de certa nostra scientia ad cautelam, quantum ad causam presentem pertinet, constitucione regni nostri, que Comitibus & Baronibus eorum judicia sibi invicem reservavit. In cujus rei testimonium presens scriptum fieri, & pendenti majestatis nostre sigillo jussimus communiri.

 Da-

Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua **militem** *Logothetam , & Prothonothorium Regni Sicilie:* **anno Domini** *M.CCC. IIII. die XXII. Augusti. II. Inditionis.* **Regnorum** *nostrorum anno XX. In cujus rei testimonium , &* **dicte Comitisse** *cautelam presentes literas fieri , &* **pendenti Majestatis** *nostre sigillo jussimus communiri . Datum* **Neapoli per** *Bartholomeum de Capua militem &c.* **anno Domini M.** *CCC. IX. die XII. Martii. VIII. Inditionis,* **Regnorum nostrorum** *ann. XXV.*

DO-

DOCUMENTO X.

Ex Regesto Serenissimi Regis Caroli Secundi signato 1305. B. f. 144. at.

SCriptum est Ermengario de Sambrano Comiti Ariani Regni Sicilie Magistro Justitiario, dilecto consanguineo, Consiliari, & familiari, vel ejus Viceregenti, & Judicibus Magne Curie fidelibus suis &c. Nobilis viri Thomasii de Sancto Severino Comitis Marsici dilecti Consiliaris, familiaris, & fidelis nostri oblata nostro culmini petitio continebat, quod ipse Civitatem Muri in Justitiariatu Basilicate positam, quam bone memorie Raymundus natus noster ex nostra concessione tenebat ad nobilem mulierem Suevam consortem ejus pertinere contendens, a nobis suppliciter petiit, ut jura eidem consorti competentia in terra predicta pro inquisitione nostra inspici summarie mandaremus. Nos autem tunc jura prefata per Magistrum Guillelmum Abrardi Sacristam Buccienense ejusdem Regni Vicecancellarium examinari fecimus, sicut tunc fieri presuntorie potuit, & facta fuit inde per eumdem Magistrum relatio coram nobis. Sed quia per relationem ipsam realis effectus condemnationis, vel absolutionis sequi non potuit, remansit negotium in suspenso. Nunc autem dicto Raymundo, sicut domino placuit, rebus humanis exempto, cum totam terram, quam ipse per collationem nostram tenebat in Regno Sicilie, Johanni & Petro liberis nostris nuper duxerimus concedenda; Supplicavit nobis idem Comes attente, ut circa restitutionem dicte terre Muri faciendam dicte consorti sue, justitiam exinde fieri celsitudo nostra preciperet, & terram ipsam Muri, donec super ea pendebit questio, per cujusvis concessionis titulum in eosdem nostros liberos non transferret, cum idem Comes ipsius consortis interesse diceret translationem hujusmodi in prefatos liberos nostros non fieri, cum sint minores etate, multisque favoribus de jure gaudeant, & absint in Comitatu nostro Provincie, propter quod ad proponendum contra ipsos citationis edictum foret spatium prolixioris termini opportunum. Nos autem ejusdem Comitis grata recensentes obsequia in magnis, &

arduis nobis exhibita, qui dignus est apud nos, non solum in redditione presenti justitie, sed exauditione gratie specialis, ejus supplicationibus inclinati terram ipsam Muri retinentes in manus nostre Curie, cum possessio dicte terre Muri, vel alterius supradicte in eosdem liberos adbuc translata non fuerit, & cum a concessione facta per nos in prefatos nostros liberos, donec prefata questio pendeat, excludentes, fidelitati vestre, presentium auctoritate mandamus, quatenus procuratoribus, & patronis fisci nostri ad hoc specialiter evocatis, super terram jam dictam Muri facies eidem Comiti, seu alii pro parte memorate consortis ipsius celeris, & expedite justitie complementum, non obstantibus examinatione, & relatione factis per Vicem Cancellarium memoratum, cum non intelligamus, nec intelligi debeat sano judicio super causa predicta per ipsos judicium fore ceptum, illo vel illis ex nostris judicibus, qui presentes extiterint executioni presentium vacaturis, vel decisuris, quod unus, vel plures vestrum inceperint, aliorum absentia non obstante. Datum Neapoli per Barthолomeum de Capua militem Logotenentem, & Prothonothаrium Regni Sicilie. Anno domini M. CCCV. die 11. Novembris, IIII. Inditionis. Regnorum nostrorum anno XXI.

DO-

DOCUMENTO XI.

Ex Regesto Serenissimi Regis Caroli II. signato. 1308. 1309. C. fol. 145. at.

KArolus Secundus &c. Tenore presentium notum facimus universis tam presentibus, quam futuris, quod nobili muliere Philippa Comitissa Albe dilecta fideli nostra, tenente dudum castra Muri, Albani, & Casale Aspri, sita in Justitiariatu Basilicate pro annuis unciis auri centum legatis sibi in dotarium, & pro dotario per quondam Othonem de Tuciaco militem premortuum, cujus fuerant castra ipsa, ac deinde super castris eisdem questione mota contra eamdem Comitissam per bone memorie Raymundum Berengario natum nostrum, cui, mortuo sine legittimis liberis Philippo de Tucliaco ejusdem Othonis primogenito & erede ex dicta Comitissa suscepto, bona omnia, que idem Philippus tenebat, ex paterna cessione concessimus. Tandem nos causam ipsam sententialiter terminantes, pronunciavimus, & decrevimus, quod eadem Comitissa super juribus, redditibus, & proventibus dictorum Castrorum, prefatas annuas uncias auri centum perciperet, & haberet, & reliquum de juribus, redditibus, & proventibus ipsis restans dicto nostro filio adjudicari deberet. Et nec eodem Raymundo vivente, & nec ipso sublato de medio, propter quod ad Petrum alium filium nostrum castra jamdicta inter alia bona ipsius quondam Raymundi, ex concessione nostra sibi facta, exinde pervenerunt, eidem Comitisse super castrorum ipsorum juribus, redditibus, & proventibus antefatis, de predictis annuis centum unciis aliqua assignatio facta fuit. Quinimmo ipsarum ex tunc in illis extitit perceptione frustrata. Cum itaque restituto jam per nos eidem Comitisse dicto Castro Albani ex premissa causa pro annuis unciis auri septuaginta, & reliquis triginta unciis similiter annuis, de predictarum centum summa, restantibus super certis Bajulationis, vel aliis juribus dicte alterius terre Muri stabilitis eidem, & specialibus inde nostris literis sibi datis, quod etiam castrum Albani ob id sibi restituendum fore dictus Raymundus suo ultimo testamento dimisit, Co-

Comitissa eadem asserens Curiam nostram, seu dictum Petrum filium nostrum teneri sibi propterea in certa pecunia quantitate, que ad summam ascendit unciarum auri quadrigentarum quinquaginta pro toto eo tempore, quo ut premictitur, dictarum centum unciarum exitiis annua perceptione privata, easdem uncias auri quadrigentas quinquaginta ipse Curie nostre, seu dicto Petro nato nostro remiserit, & eamdem Curiam, vel ipsum filium nostrum exinde sponte, ac libere perpetuo quietavit. Nos in quandam recompensationem, seu retributionem hujusmodi, penam mille unciarum auri, in qua eadem Comitissa ratione cujusdam transactionis, & concordie dudum habite inter eam ex parte una; & nobilem virum Thomasium Comitem Celani, seu ejus tunc Balium pro eodem ex altera, super Comitatu Celani, ac terra Serre Capriole de Justitiariatu Capitinate, nostre quidem Curie adplicandam, pro eo quod transactionem, & concordiam ipsam non servaverat, dicitur incidisse, eidem Comitisse, ac suis heredibus, de certa nostra scientia, & speciali gratia benigne remittimus, ac eos exinde perpetuo quietamus, ita quod nullo unquam tempore possint propterea per nos heredes, & successores nostros, aut nostram Curiam impeti quomodolibet vel turbari. In cujus rei testimonium, & prefate Comitisse, ac heredum suorum cautelam, presentes literas fieri, & pendenti Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per manus Barthbolomei de Capua militis Logothete & Prothonothari Regni Sicilie. Anno Domini M. CCC. IX. die XIII. Aprilis. VII. Inditionis. Regnorum nostrorum Anno XXV.

DO-

DOCUM. XII.

Ex Regesto Serenissimi Regis Roberti signato.

1316. B. fol. 28. at.

. . . . *presentes literas inspecturis, tam presentibus quam futuris. Subjectorum nostrorum . . . . affectu benigne caritatis accedimus, quo fit ut ipsorum petitionibus gratiosis assensum facile benignius prebeamus. Sane Magister Petrus Caczulus de Neapoli medicinalis scientie professor . . . fidelis noster fisicus, & familiaris spectabilis juvenis Joannis fratris nostri carissimi. . . . Comitis, & Honoris montis Santi Angeli Domini, nobis exposuit, quod prefatus frater noster . . . magistri Petri obsequiis, ei abbactenus prestitis, & prestandis in posterum, gratanter actentis, Casalia Capitiniani, Citerani, & Cavaczani sita in Provincia Basilicate, que utique de demanio Baronie Civitatis Muri, quam dictus Joannes a Curia nostra tenet in feudum fore noscuntur cum hominibus, vassallis, & certis juribus expressis in privilegio dicti fratris nostri, inde concesso pro valore annuo unciarum decem, & sub servitio dimidj militis eidem fratri nostro, & suis heredibus, ac successoribus immediate prestando, dicto magistro Petro, & suis heredibus utriusque sexus ex suo corpore legittime descendentibus natis, & etiam nascituris, in perpetuum gratiose concessit, prout in ipso dicti fratris nostri privilegio dicitur plenius contineri; per eumdem magistrum Petrum humili supplicatione subjuncta, ut eidem concessioni assentire, ipsamque confirmare de gratia dignaremur. Cumque jam dictus frater noster ad prestationem alias integri feudalis servitii pro dicta Baronia memorate nostre Curie debiti, se ac heredes suos ipsi Curie per speciales suas patentes literas obligarit, quarum seriem pro evidentiori Curie predicte cautela mandavimus tenore presentium subannecti, Nos a gratis dicti magistri Petri fideli-*

litatis obsequiis, & meritis servitiorum, que memorato fratri nostro diu & devote prestitit nobis notis, ejus in hac parte supplicationibus inclinati, concessionem pretactam, quatenus alias provide facta est, ratam gerentes & gratam, illi assentimus de gratia, eamque non obstante quod super feudalibus processisse dinoscitur, & quod predicta casalia sunt de ipsius civitatis Muri Baronie demanio, ut prefertur, de certa scientia tenore presentium confirmamus, lege, seu costitutione inhibente alienationem demanii, non obstante, quas utique de ipsa certa scientia tollimus, & juribus ac efficacia vacuamus, dummodo feudale servitium per prefatum fratrem nostrum, & ejus heredes pro hujusmodi Baronia, ut premittitur, predicte nostre Curie debitum non mutiletur, vel in aliquo proprerea minoretur, fidelitate nostra premisso feudali servitio, nostris aliis, & cujuslibet alterius juribus semper salvis. Pretactarum vero literarum fraternarum tenor talis est. Johannes clare memorie Illustris Jerusalem & Sicilie Regis filius, Comes Gravine, & Honoris montis Santi Angeli Dominus. Tenore presentium notum facimus universis, quod licet casalia Capitiniani, Citerani, & Cavaczani sita in Provincia Basilicate, que sunt de nostro demanio Baronie Civitatis nostre Muri pro annuo valore unciarum decem, & sub servitio dimidii militis nobis & heredibus nostris proinde immediate prestando, magistro Petro Caczulo de Neapoli dilecto phisico, & familiari nostro, & legittimis suis heredibus, salvo Regio beneplacito & assensu, in perpetuum duxerimus concedenda, nihilominus tamen ad integrum servitium pro dicta Baronia Regie Curie debitum nos & dictos heredes nostros teneri asserimus, nosque ac dictos heredes nostros ad prestationem integri predicti servitii faciendam prefate Regie Curie expresse, ac libere obligamus. In cujus rei testimonium, & Curie predicte cautelam presentes literas fieri, & pendenti sigillo nostro jussimus communiri. Datum in Hospitali Triumpergularum prope Putheolim anno domini M. CCC. XVI. die XI. mensis Decem-

cem-

cembris XV. Inditionis. In cujus rei testimonium presentes literas fieri & pendenti sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum Neapoli per manus Bartholomei de Capua militis Logothethe, & Protbonothary Regni Sicilie anno Domini M. CCC. XVI. die XV. mensis Decembris, XV. Inditionis, Regnorum nostrorum anno VIII.

DO-

DOCUMENTO XIII.

Ex regesto Serenissimi Regis Ladislai signato 1392. & 1393. fol. 36.

LAdislaus Rex &c. Universis presens privilegium inspecturis, tam presentibus, quam futuris. Præcepto domini iubemur honorare parentes. Quapropter debitum credimus exolvere filialem, si que statum, honorificentiam, & augumentum serenissime Domine genitricis nostre respiciunt studiose perquirimus, & collatas sibi largitiones, & munera per clare memorie suum conjugem nostrum reverendissimum genitorem, ut in sue efficacie vigore permaneant, nostre confirmationis roboramus munimine, & in amplioris cautele suffragium nove nostre concessionis titulo validamus. Sane predicte clare memorie Dominus Rex Karolus tertius noster Dominus & reverendissimus genitor in humanis agens, conjugalis amoris igne succensus in Serenissimam Principissam Dominam Reginam Margaritam ejus consortem reverendam matrem nostram, ipsiusque statum volens dignis largitionibus honorare eidem Domine Regine Margharite infrascriptas civitates, terras, & castra, videlicet terras Capacij, & Altaville de Provincia Principatus citra, terras Montorij, civitates Muri, Venusij, terras Atelle, Forentie, Albani, Perticarie, Corneli, Aliani & Tursij de Provincia Basilicate, terras Agelli, & Petramale de Provincia Vallisgratis, & Terre Jordane, ac terras Taberne, & Forleti de provincia Calabra, nec non Castrum Cilij de Provincia Terre Ydronti, ac alias terras castra, & bona, quas, & que idem quondam dominus genitor noster, antequam felix dominium Regni Siciliæ fuisset adeptus tenuit, & possedit cum castris, seu fortellitiis, casalibus, hominibus, vassallis, feudotariis, subfeudotariis, redditibus, serviciis, domibus, possessionibus, vineis, oliveris, terris cultis, & incultis, planis, montibus, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, herbagiis, molendinis, trappetis, aquis, aquarumque decursibus, tenimentis, territoriis, aliisque juribus, rationibus, jurisdictionibus, & pertinentiis earum omnibus, prout nobis certitudinaliter constat, dedit, donavit, & concessit liberalitate

me-

mera, & gratia speciali. Et quamquam præmissa donacio & concessio valida sit, & firma, & omni vigeat roboris firmitate, nihilominus ipsius domine matris nostre amabilibus, & exaudibilibus precibus promptissime annuentes, pro majoris cautele habundantia, quo prodesse, & non efficere consuevit, jamdictam donationem, & concessionem præfatarum civitatum, terrarum, castrorum, & bonorum, ratam, gratam, & firmam habentes, tenentes, ac etiam reputantes, illam tenore præsentium de certa nostra scientia cum consensu & auctoritate Reverendissimi in Christo patris Domini Ang. Sancti Laurentij in Damaso presbyteri Cardinalis Apostolice sedis Legati, Balij nostri, confirmamus, ratificamus, acceptamus, approbamus, nostreque confirmationis, ratificationis, & acceptationis presidio roboramus. Et ut filialem affectum, quem in dicta domina matre nostra jure nature debemus amplius ostendamus, eidem domine Regine Margarite matri nostre prefatas civitates, & terras Capacij, & Altaville, Muri, Venusij Atelle, Forencie, Albani, Perticarie, Corneti, Aliani, Tursij, Agelli, Petramale, Taberne, Forleti, ac castrum Licij, nec non alias terras, castra, & bona, quas, & que idem quondam dominus genitor noster, antequam felix dominium dicti Regni Sicilie fuisset adeptus, tenuit, & possedit cum meri & mixti imperij, ac gladij potestate, ac generalibus subvencionibus, seu collectis per Universitates & homines prefatarum civitatum, terrarum, castrorum, & bonorum annis singulis Curie nostre debitis ab eis per officiales, & Ministros dicte Domine Regine recolligendis; nec non castris, seu fortelliciis, casalibus, hominibus, Vassallis, Vassallorumque redditibus, vineis, olivetis terris cultis, & incultis, querquetis, domibus, possessionibus, pascuis, molendinis, bactinderiis, aquis, aquarumque decursibus, tenimentis, territoriis, juribus, rationibus, & pertinentiis earum omnibus, que videlicet de demanio in demanium, & que de servitio in servitium sunt cum consensu, & auctoritate premissis, de novo ad vitam suam damus, donamus, & ex causa donacionis concedimus tenore presencium de certa nostra sciencia gratiose, pro eo quidem valore annuo, quo si de novo feu-

do

do fuerint in Regestris nostris Regalibus annotantur, & si de antiquo, prout per inquisicionem de mandato nostre Curie faciendam fuerint valere comperta, in feudum, & sub feudali servicio proinde contingenti, ad rationem videlicet de unciis auri viginti valoris annui dictarum civitatum, terrarum, castrorum, & bonorum de uno integro servicio militari, juxta usum & consuetudinem Regni Nostri Sicilie, ac generalis, & humane Regie sanctionis edictum de feudorum successionibus in favorem Comitum & Baronum omnium dicti Regni, a tempore scilicet felicis adventus clare memorie domini Regis Karoli primi in ipsum Comitatus, Baronias, & feuda inibi ex perpetua collatione tenentium factum, decretum per inclite recordationis dominum Regem Karolum Secundum, & in parlamento celebrato Neapoli publice divulgatum. Promictimus insuper sub verbo & fide nostris Regalibus, cum consensu & auctoritate premissis, harum serie, ac juravimus ad Sancta Dei Evangelia, premissas confirmationem, ratificationem, donacionem, & concessionem omni tempore ratas, gratas gerere, atque firmas, nec illis ullo umquam tempore contradicere, opponere, in adversum aliquid facere, vel venire, sed illas realiter observare, ita quidem quod dicta domina Regina hujusmodi civitates, terras, castra & bona dicta, sua vita durante in feudum immediate, & in capite a nobis & nostra Curia teneat, & possideat, nullumque alium preter nos, ac heredes & successores nostros in Regno nostro Sicilie superiorem, & dominum exinde recognoscat, servireque teneatur proinde nobis, ac dictis heredibus, & successoribus de feudali servitio supradicto. Quod servitium dicta Domina Regina in nostri presentia constituta, prestare & facere nobis, ac dictis heredibus, & successoribus nostris sponte obtulit, & promisit, pro quibus quidem Civitatibus, terris, Castris, & bonis, juribus, rationibus, & pertinentiis earum omnibus ab eadem Domina Regina ligium in manibus nostris homagium, & fidelitatis debite recepimus juramentum, clausulis, condicionibus, retencionibus, et reservationibus omnibus, & singulis, ac modo, & forma, qui &

que

que in privilegiis dominorum progenitorum nostrorum Regni Sicilie, & nostris consueverunt exprimi & apponi, in presenti nostro privilegio intellectis, & habitis pro expressis, ac si forent in eo distincte & particulariter annotati. Salvis nihilominus servitiis, nobis exinde debitis, juxta usum & consuetudinem dicti Regni, & omnibus quibuslibet aliis, que curie nostre majoris dominii in dictis Civitatibus, terris, Castris, & bonis competunt, & debentur, prout habemus ea, & habere debemus in terris, & locis aliis dicti Regni ipsius majoris dominij ratione. Beneficiis etiam cappellaniarum, & jurium patronatus, si qua sunt in dictis Civitatibus, terris, Castris, & bonis, juribus, rationibus, & pertinentiis eorum ac ipsorum collacionibus, & presentacionibus nobis, predictisque nostris heredibus, & successoribus, reservatis fidelitate, nostra, dictoque feudali servicio pro dictis Civitatibus, terris, Castris & bonis Curie nostre debitis, nostris aliis & cujuslibet alterius juribus semper salvis. Volumus autem, & presentibus declaramus, quod dicta Domina Regina procuret cum solertia debita, & instanti infra menses sex a die date presentium in antea numerandos, siquidem ipse civitates, terre, castra, & bona predicta de antiquo feudo fuerint, inquiri facere per alias nostras licteras inde dandas de valore annuo Civitatum, terrarum, Castrorum, & bonorum predictorum particulariter & distincte, & processum inquisicionis presentare nostre Curie supradicte, ut ejus inspectis meritis, tunc pro ipsa Domina Regina cautela, & nostre Curie certitudine, absque ulteriori conscientia nobis exinde facienda, presens privilegium nostrum cum distinctione dicti valoris annui, & declaracione feudalis servitii proinde contingentis, & debiti refici valeat, vel alie nostre super hoc declaratorie lictere concedantur eidem, & tunc infra dictum semestre tempus, vel aliter, prout duxerimus providendum, dicta Domina Regina in quaternionibus Nostre Camere penes nostros Thesaurarios conscribantur, ut tempore quo in Regno nostro Sicilie precipitur militare servitium Comitibus, Baronibus & feudatariis aliis dicti Regni, eamdem Dominam Reginam, tamquam novam Ci-

 vi-

vitatum, terrarum, castrorum, & bonorum dominam, debitique pro illis feudalis servitii debitricem in quaternionibus ipsis manualiter, & habiliter reperiri contingat. In cujus rei fidem, perpetuamque memoriam, dicteque Domine Regine certitudinem, & cautelam presens privilegium nostrum exinde fieri, & pendenti Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Actum Cajete presentibus magnificis, & nobilibus viris Nicolao de Ursinis Nolano & Palatino, ac Soleti Comite Collaterali, Nicolao de Sancto Raymundo, Milite Leonardo de Afflicto de Scalis, Gurello Aurilia de Neapoli legum doctoribus, Locumtenentibus Magni Camerarj Regni nostri Sicilie, Andrillo Morimili Regelis Hospicij, Sen: Raymundo Vulcano nostri hospicij Sen. de Neapoli, Militibus Gaspar Cossa, & quampluribus aliis consiliarijs & fidelibus nostris dilectis. Datum vero ibidem in absencia Logothete, & Prothonotarij Regni nostri Sicilie, ejusque Locumtenentis per manus viri nobilis Donati de Aretio legum doctoris etc. Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, die vicesimo secundo novembris prime Inditionis, Regnorum nostrorum anno sexto:

Nos Angelus Cardinalis florentinus &c.

DO-

DOCUMENTO XIV.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hjerusalem, & Hungariæ. Universis, & singulis præsentium seriem inspecturis, tam præsentibus, quam futuris. Suadet magistra prudentia rerum, & temporum conditione pensata de Terris, & Juribus nostris proprijs, cum necessitas iminet pro expedienti compendio, ut Reipublicæ succurratur, alienare, & consulta deliberatione vendere, quo magis salubriter ad quod intenditur, universale perficiatur compendium, & saluti Reipublicæ ad defensam fidelium provisius succurratur. Sane occurrentibus nobis quotidie agendis variis, & opportunitatibus habendi pecuniam in nostris necessitatibus, & prosecutione grandium agendorum nostrorum necessario convertendam: & signanter pro stipendiis armigerorum nostrorum, Equitum, & Peditum, qui intra, & extra hoc Regnum nostrum Sicilie ad nostra servitia viriliter, & necessario militant, providimus potius ad fiscalia nostra bona recurrere, eaque alienare, & vendere, ut pecuniam proinde habere possimus, convertendam in stipendiis, & necessitatibus prædictis, quod fideles nostros Regnicolas diversorum onerum solutionibus fatigatos importabilis sarcinæ vexatione gravare. Sicque habentes, tenentes, & possidentes juxte, & rationabiliter, ac pleno jure, tanquam verus proprietarius, utilis, & directus possessor, Dominus, & Patronus, & tanquam rem nostram propriam, Civitatem Muri de Provincia Basilicatæ ad nos pleno jure spectantem, & pertinentem justis rationabilibus, & optimis causis: Cum castris, seu fortellitiis, hominibus, Vassallis, Vassallorumque redditibus, feudis, feudatariis, subfeudatariis, domibus, possessionibus, vineis, olivetis, jardenis, terris cultis, & incultis, startiis, herbagiis, tenimentis, territoriis, querquetis, nemoribus, pascuis, arboribus, sylvis, fidis, & diffidis, molendinis, bactinderiis, aquis, aquarumque decursibus, censibus, redditibus, rendentibus, bajulationibus, meroque, & mixto Imperio, ac gladii potestate,

civilique Jurisdictione, & cognitione causarum civilium inter homines, & per homines dictæ Civitatis, passibus, plateis, passuum, passagiorumque juribus, gabellis, ac juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis omnibus, & singulis ad dictam Civitatem Muri spectantibus & pertinentibus quovis modo, & cum integro ejus statu, tanquam rem nostram propriam, francam quidem, liberam, & exemptam ab omni venditione, alienatione, concessione, obligatione, hipothecatione reali, & personali, permutatione, nexu, onere, & prestatione quacumque, excepto a feudali servitio, seu adoba, vicibus singulis Curiæ nostræ præstando, & aliis quæ debentur ex natura feudi majoris dominii ratione, nemini per nos venditam, alienatam, donatam in toto, vel in parte, aut alicui oneri, vel obligationi submissam. Et volentes dictam Civitatem Muri cum Castris, seu Fortellitiis, Hominibus, Vassallis, & omnibus prædictis ejus juribus pro statu nostro, & Reipublicæ Regni prædicti urgentibus necessitatibus vendere, de illa vendenda, ad tractatum, & conventionem devenimus cum Magnifico Viro Matthæo Ferillo de Neapoli, Consiliario, & fidele nostro dilecto, ac Majori Camerlingo, Scribaque portionis Domus Illustrissimi, & charissimi Filii nostri Primogeniti Alphonsi de Aragonia Ducis Calabriæ, ac Vicarii Generalis, prævia nostri Consilii deliberatione, & approbatione exinde subsecuta. Et intendentes tractatum hujusmodi tanquam nobis, & dictæ Reip. dicti Regni expedientem, & utilem pro causis prædictis cum supra dicto Matthæo tanquam plus exinde offerente ducere realiter ad effectum, inducentibus presertim nos ad id necessitate prædicta, & aliis etiam justis rationibus, & causis; tenore presentium de certa nostra scientia, libera, mera, propria, spontanea, & gratuita voluntate, & cum deliberatione, & approbatione dicti nostri Consilii, & ex plenitudine nostræ Dominicæ potestatis, jam dictam Civitatem Muri cum Castris, seu Fortellitiis, hominibus, Vassallis, Vassallorumque redditibus, Juribus, Jurisdictionibus, rationibus, & pertinentiis ejus, omnibus su-

superius exspressatis, & alii quibuscumque ad illam spectantibus, & pertinentibus, quovis modo, & signanter mero, mixtoque imperio, ac gladii potestate, criminali, atque civili Jurisdictione, cognitioneque causarum civilium in homines, & personas dictæ Civitatis, & alias ibidem quomodolibet forum sortientes, bajulationibus, passagiis, passibus, plateaticis passuum, passagiorum, platearumque Juribus, gabellis, vectigalibus, ipsarumque gabellarum, et vectigalium juribus, et cum integro statu suo, francam, utique liberam, et exemptam, ut superius est expressum, excepto a dicto feudali servitio, et aliis, quæ ex natura feudi majoris nostri dominii ratione nobis, & nostræ Curiæ debentur, quæ videlicet sunt de demanio in demanium, et quæ de servitio in servitium. Pro eo quidem valore annuo, quo si de novo feudo fuerit in regestris nostris regalibus annotata, et si de antiquo, prout de inquisitione de mandato nostræ Curiæ facienda, exinde fuerit valere comperta, jure proprio, et in perpetuum, et tanquam rem nostram propriam vendimus, alienamus, et ex causa venditionis ejusdem per fustem damus, tradimus, concedimus, et assignamus jam dicto Mattheo ementi, et recipienti per se, et ejus hæredibus utriusque sexus ex suo corpore legitime descendentibus natis jam, et in antea nascituris in perpetuum, et aliis successoribus quibuscumque, qui secundum Constitutiones, & Capitula Regni hujus in feudo antiquo succedere possent. Pro pretio quidem, & nomine pretii, ac integro, & finali pagamento, venditionis dictæ Civitatis Muri, ejusque jurium prædictorum ducatorum decem millium de carolenis argenteis ad rationem tarenorum quinque pro quolibet ducato, inter nos, & nostram Curiam, & dictum Mattheum convento pro venditione prædicta. Quos quidem ducatos decem mille præfatus Mattheus emptor nobis presentialiter, & manualiter exolvit. Recipiente illos de nostro mandato, & ordinatione, Magnifico, & dilecto Consiliario, & Guardarobba nostro Majore de Majordomo Pasquasio Chazgarlon, Milite Castellano Castri nostri novi Neapolis, sicut ad plenum, & certitu-

titudinaliter constat nobis. Nosque, & nostram Curiam tenemus, & reputamus contentos, tacitos, & pagatos, & de illis fore nobis, & ipsi nostræ Curiæ ad plenum & integre satisfactum. Exceptioni dictorum ducatorum .... non receptorum, & non habitorum præsentialiter, nec numeratorum in pecunia, ut præfertur, ejusdem presentis privilegii nostri serie de dicta certa nostra scientia renunciamus voluntarie, & expresse. Et nihilominus pro favorabiliori prosecutionis effectu venditionis eiusdem, & in eundem Matthæum emptorem, & dictos suos heredes, & successores omne jus, omnemque actionem realem, & personalem, utilem, & directam, prætoriam, civilem, mixtam, & in rem scriptam nobis, & nostræ Curiæ competentem, competiturum, & competituram in, & super dicta Civitate Muri per nos, ut supra vendita cum Castris, seu Fortellitiis, hominibus, Vassallis, feudis, mero, mixtoque imperio, & gladii potestate, ac criminali, & civili jurisdictione, juribus, rationibus, pertinentiis omnibus antedictis presentis privilegii nostri tenore de certa nostra scientia transferimus, cedimus, & penitus derivamus, nihil juris, vel actionis nobis, & ipse nostræ Curiæ ac heredibus, & successoribus nostris in, & super dicta Civitate, jurisque, rationibus, et pertinentiis omnibus, et singulis prænarratis, ejusque possessione, et utili dominio retinentes, vel quomodolibet reservantes. Ad habendum, tenendum, et possidendum dictam Civitatem Muri, cum Castris, seu Fortellitiis, hominibus, Vassallis, Vassallorumque redditibus, jurisdictionibus, rationibus, meroque, et mixto imperio, ac gladii potestate, et cum speciali prærogativa, quod Universitas, et homines Civitatis prædictæ tam in genere, quam in specie pro quibusvis causis tam civilibus, quam criminalibus nullatenus extrahi possint a Curia dicti Matthæi, eiusque heredum, et successorum, nec conveniri coram quocumque judice Regni nostri ordinario, vel delegato, a Magna, et Vicariæ Curiis, ac etiam coram Sacro nostro Consilio. Coram quibus si vocati fuerint, comparere non teneantur

De-

Decernentes irritum, et inane quidquid contra eos in primis causis prædictis per quoscumque alios Judices prædictos actum fuerit vel quomodolibet attentatum. Jurisbusque, et pertinentiis suis omnibus supra dictis per dictum emptorem, et præfatos suos hæredes, & successores immediate, et in capite a nobis, et dicta nostra Curia, sub dicto consueto, et debito feudali servitio. Nec non petendum, reintegrandum, et reintegrari faciendum ea omnia, et quæcumque bona a dicta Terra illicite distracta, seu occupata quovis modo, quæ per alios juste, et rationabiliter non tenentur ad presens. Juramenta assecurationis debitæ a Vassallis recipiendum per manus Commissarii super hoc per nos deputandi. Dictamque Civitatem cum praedictis Castris, seu Fortellitiis, hominibus, Vassallis, juribus, et pertinentiis suis prædictis, vendendum, alienandum, concedendum, illisque dominandum, et uti fruendum, ac deinceps faciendum, et disponendum inter vivos, vel in ultima voluntate tanquam de re propria dicti emptoris, et ejus hæredum, et successorum prædictorum etc., nostro superioribus assensu, et beneplacito reservato, sive interveniente. Volumus insuper, et declaramus expresse de scientia certa nostra, quod si dicta Civitas Muri cum prædictis Castris, seu Fortellitiis, hominibus, Vassallis, et juribus praedictis excederent dimidiam justi prætii supradicti quavis quantitate magna, sive maxima, totum, et quidquid ultra dictum prætium nunc de presenti, & successivo tempore dicta Civitas cum prædictis Castris, seu Fortellitiis fuerit valere comperta, seu in contrarium allegari posset quomodolibet, vel prætendi, & ad quamcumque quantitatem magnam, seu maximam ascenderet, eidem Matthæo emptori, & dictis suis hæredibus, & successoribus propter grata, grandia, utilia, fructuosa, & omnia memorata digna servitia, quæ emptor ipse nobis præstitit, & que de præsenti tam nobis, quam dicto Illustrissimo Filio nostro Duci Calabriæ præstat ad præsens, & præstare poterit continuatione laudabili in futurum, propter quod nostram sibi gratiam vendicavit, damus,

mus, donamus, & ex causa donationis proprii nostri motus instinctu, præsentis privilegii tenore elargimur de dicta scientia certa nostra, liberalitate mera, & gratia speciali. Ita quod circa hoc nullo utquam tempore dubietas oriri valeat, neque resultari possit, vel debeat in contrarium aliqua nostra difficultas, lege, jure, usu, constitutio, Regnique Capitulis in contrarium disponentibus, seu adversantibus, non obstantibus quoquo modo, quas, & que, eorumque efficaciam, & effectum, quantum ad prædicta, authoritate Dominica, & nostræ potestatis plenitudine, & si de illis nominatim, et expresse esset hic mentio facienda, tollimus, ac viribus, et efficacia vacuamus. Nec obsistere volumus huic venditioni nostræ, quam prædicta utili, et necessaria causa modo præmisso fecimus, quascumque venditiones, alienationes, donationes, traditiones, concessiones, promissiones, reintegrationes, privilegia, litteras, cedulas, albarana, capitula, et scripturas quaslibet quibusvis, quantumvis, et dignis personis, et pro quibusvis considerationibus, atque causis utilibus, et necessariis, publicis, vel privatis, et cum quibusvis clausulis, quantumcumque derogatoriis, aliisque modis, tenoribus, sive formis, factas, et concessas, tam per præclaræ memoriæ Dominum Regem Alfonsum Patrem nostrum colendissimum, quam per nos, et quosvis alios prædecessores nostros, vel per nos in posterum forte faciendas in toto, vel in parte de dicta Civitate cum prædictis Castris, seu Fortellitijs, hominibus, Vassallis, Juribus, Jurisdictionibus, meroque, et mixto imperio, rationibus, & pertinentijs, ejus omnibus, quantumcumque dictus emptor, seu donatarij, vel concessionarij, aut alter, vel alij ex eisdem dictæ Civitatis Muri, vel ejus alicuius partis possessionem alias accepissent corporalem: aut illam assecuti fuissent reali traditione, et adeptione priorem; illamque pariter tenuisse noscerentur, seu quodcumque ipsis forsitan jus fuisset quesitum. Quam quidem possessionem de ipsorum detentorum manibus post modum ereptam, seu revocatam nullam esse prorsus decernimus, dictoque emptori, et prefatis

suis

suis heredibus, et successoribus absque alicuius contradictionis obstaculo jubemus, et volumus esse assignandam. Cum in omnem eventum venditionem hujusmodi, eidem emptori pro se, et dictis ejus hæredibus, et successoribus de prædicta Civitate, cum Castris, et juribus prædictis sollemniter, et legitime per nos factam intendimus omnino, et infallibiliter ipsi Matthæo emptori, et prædictis suis hæredibus, et successoribus firmam, realem, effectivam, et fructuosam existere: nec ullo unquam tempore diminutionis incommoda. Sublatis quibusvis contrarijs interpetrationibus alijs quomodolibet subituras. Nos enim hujusmodi venditiones, alienationes, donationes, concessiones, traditiones, promissiones, privilegia, albarana, licteras, cedulas, capitula, et scripturas quaslibet forsitan factas per dictos prædecessores nostros, et per nos quibusvis personis, pro causis prædictis de Civitate, et juribus prædictis, vel per nos forte in antea faciendas sub quavis forma, serieque verborum, etiam si de illis, vel alia illarum clausula esset hic specialis, et expressa, seu de verbo ad verbum mentio, et notitia facienda: seu totus illarum tenor præsentibus inserendus, quas, et quæ, quantum ad præsentis venditionis nostræ obstaculum de nostræ potestatis plenitudine, deque certa nostra scientia, et potestate dominica harum serie revocamus, irritamus, cassamus, annullamus, ac juribus, et efficacia totaliter vacuamus, et nullius esse volumus roboris, vel momenti. Ita quod nullam in judicijs, et extra judicia ullo unquam tempore obtineant roboris firmitatem, vel aliquam fidem, vel probationem faciant, vel inducant. Investientes proinde eundem Mattheum emptorem de dicta Civitate, et ejus juribus per nos sibi, et dictis suis hæredibus, et successoribus vendita, de præsenti nostra venditione per expeditionem præsentium, ut moris est: quam investituram, vim, et vigorem veræ, realis, et corporalis possessionis dictæ civitatis volumus, & decernimus obtinere. Promittentes nihilominus præsentis privilegij serie de dicta certa nostra scientia, ac sub verbo, & fide nostris Re-

gijs

gijs firmiter pollicentis pro nobis , ac hæredibus , & successoribus nostris in dicto Regno , præsentes venditionem , alienationem , dationem , cessionem , & refutationem , ac omnia , & singula suprascripta , & infrascripta eidem Matthæo emptori , & præfatis suis hæredibus , & successoribus sollemniter , & legittime, ut præmittitur, per nos factas , & facta, omni tempore grata , rata , & firma habere , tenere , & observare , ac teneri , & observari facere per quoscumque nostros officiales , & fideles , ac homines alios , & personas cujuscumque dignitatis , gradus , præminentiæ , conditionis existant , & si regali dignitate pollerent : & in nullo eis contrafacere , ducere , opponere , vel venire , directe , vel indirecte de jure , vel de facto in judicio , vel extra , per nos , seu alias, palam, publice , vel occulte aliquo quæsito ingenio , seu colore . Quinimmo dictum Matthæum emptorem , & præfatos suos hæredes , & successores , & quoscumque alios ab eis , & quoslibet ipsorum in, & super dicta Civitate causam habentes , vel habituros omni tempore defendere , ac testare facere , & tueri in judicio , vel extraordinarie ab omni , & quacumque persona ecclesiastica , vel seculari , publica , seu privata , de jure , vel de facto prætendente , vel allegante super illa , vel ejus juribus, quomodolibet jus habere . Ipsumque emptorem , & prefatos suos hæredes , & successores , & ab eis , ut prædicitur, causam habentes , vel habituros in omnem eventum , & casum victores , & potiores facere in & super civitate prædicta per nos ut supra vendita cum juribus suis prædictis , & de evictione teneri ab omnibus hominibus , & personis , collegio, & universitate quacumque in judicio , & extra , tam in causa principali , quam in causa appellationis , & tam ante litem contestatam , quam post , & in qualibet parte Judicij , & alio modocumque , nostris , & successorum nostrorum sumptibus , & expensis . Nec non & molestatoribus , & contravenientibus , si qui fuerint non consentire facere , vel assistere , quovis modo , sed ipsos compescere , & compelli facere , & jubere a desistentia novitatis , vel molestiæ

ctiæ, aut vexationis cujuslibet inferendæ. Volentes, declarantes, & decernentes expresse harum serie de dicta certa nostra scientia, quod præsentes venditio, alienatio, cessio, & refutatio, ut præmittitur, factæ eidem emptori, & præfatis suis hæredibus, & successoribus omni tempore firmæ, stabiles, & incommutabiliter sint reales, dictaque investitura per expeditionem præsentium, ut præmittitur facta, emptori prædicto, traditio, & assignatio, ut prædicitur facta vim, & efficaciam habeant veræ, & realis traditionis, & assignationis dicte civitatis, vel ipsius possessionis adeptæ. Ita quod liceat, & licitum sit dicto Matthæo emptori, & dictis suis hæredibus, & successoribus per se, vel alios eorum nomine de data sibi, & concessa vigore præsentium ex nunc prout ex tunc per nos libera licentia, & plenaria potestate, authoritate propria, & sine jussu judicis, vel decreto prætoris, manu etiam armata, & militari si expedierit quandocumque voluerint intrare, capere, & apprehendere corporalem, & vacuam possessionem dictæ Civitatis Muri per nos ut supra venditæ, cum juribus suis prædictis, omni impedimento, & contradictione cessante. Quam quidem Civitatem cum juribus prædictis interine nos precario nomine, & pro parte emptoris, & ejus hæredum, & successorum prædictorum, de manibus dominio, potestate, & possessione cujuscumque concessionarii, vel donatarij, qui forsitan appareret ex nunc, prout ex tunc præmisso modo authoritate dominica, & plenitudine potestatis revocantes, fatemur nos tenere, et etiam possidere. Volentes, & decernentes de eadem scientia certa nostra, authoritate dominica, & plenitudine potestatis vigore præsentis venditionis dictus quod emptor, & praefati sui hæredes ex presenti nostra venditione, & assignatione, quam sibi, ut prædicitur, fecimus de Civitate prædicta, velut de re nostra propria, et ad nos, et nostram Curiam legitime spectante: et alias majoris nostri dominij ratione ipso facto sint tuti adversus quoscumque prætendentes, nulla, vel ali-

aliqua parte sui, seu allegantes, etiam ratione dotium, vel aliter quomodolibet jus habere, ac consequantur, & habeant omnia privilegia juris, et quæ jura civilia concernunt, et indulgent illis, qui rem consequuntur a Principe venditam, vel concessam, ut propriam rem suam majoris, et supremi dominij ratione, seu a dicto Principe consequuntur, et obtinent tanquam de bonis ipsius Curiæ, sive Fisci, licet aliena sint, seu jus in illis aliis competat concessiones, & munificentias principales: nec non privilegio, & prærogativa legis Bene â Zenone, & legis Omnes in præsenti venditione per nos, ut prædicitur, facta, gaudeant, & fruantur. Quodque super dicta Civitate, & juribus suis prædictis tam super proprietate, & utili dominio, quam super possessione ipsius, & ejus juribus, & rationibus supradictis, præfatus emptor, dictique sui hæredes, & successores a quocumque, seu quibuscumque personis cujuscumque status, gradus, conditionis, potestatis, & præeminentiæ existant, quæstionem, litem, causam, controversiam, inquietationem, seu vexationem in judicio, vel extra judicium de jure, vel de facto nullatenus patiantur. Nec citari, trahi, aut conveniri possint, aut debeant coram judicibus quibuscumque, ordinarijs, seu delegatis, vel etiam delegandis, nec in dicta Magna, & Vicariæ Curijs, ac etiam in nostro Sacro Consilio, jam dictis personis omnibus, & singulis prætendentibus jus habere in, & super dicta Civitate, & juribus suis prædictis ratione dominij, ipothecæ, dotium, vel aliter modocumque, vel quodcumque jus, vel actionem competere, etiam si forsan citari, vel ad judicium trahi contingerit per solam præsentis nostri Privilegij ispectionem, de dicta certa nostra scientia, & plenitudine nostræ dominicæ potestatis, & Regia authoritate perpetuum silentium imponentes, ut ipso & ipsorum judicium, & jurisdictionem, & per dicta judicia quantum ad præsens nostrum Privilegium tangitur, vacuantes, ac reddentes quoscumque judices, tam ordinarios, quam delegatos, inhabiles, & omni Jurisdictionem ca-

earentes, quo ad præmissa. Dictumque jus contra nos, & fiscum nostrum prædictum reservantes specialiter et expresse. Ita quod ipsius juris, & actionis consequutione contra nos, & fiscum nostrum prædictum infra quatriennium, & non ultra, prout jura demandant, experiantur. Parati unicuique jus suum tribuere, & in judicio respondere, & non contra dictum Matthæum emptorem, & præfatos suos hæredes, vel alios ab eis præmissorum prætextu causam habentes, vel habituros, agi, vel judicium intentari debeat, possit, vel valeat per prædictos, vel alios quoscumque in dicta Civitate, & ejus juribus prædictis, vel ipsius parte spectare, vel super illis in eis competere quomodocumque, & qualitercumque forsitan prætendentis, vel allegantis, aut quomodolibet ostendentis. Decernentes insuper ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc irritum, & inane totum, & quicquid in contrarium in judicio, vel extra contigerit quomodolibet attentari. Quibus sublatis dictus Matthæus emptor, & præfati ejus hæredes, vel alij ab eis, ut prædicitur, causam habentes, vel habituri ab omni super hoc impetitione omni futuro tempore tuti remaneant, & securi. Quodque præsens venditio cum omnibus, quæ in se continet, vim legis obtineat, & pro lege derogatoria servetur. Nec præsens nostrum privilegium possit oblique, vel sinistre, cavillose, aut malitiose intelli gi, aut interpetrari. Quinimmo semper intelligatur in bono, vero, & puro sensu, & in favorem, securitatem, & cautelam præfati emptoris, & ejus hæredum, & successorum prædictorum ac habiturorum causam ab eis, ac illis privilegijs, prærogativis, & favoribus fruatur, & gaudeat dictus emptor, & præfati sui hæredes, que habent, consequuntur, & gaudent illi, qui emant a Regia Majestate, sive Principe res, & bona vendita per eos, ut propria, & quæ sunt de jure, & Constitutionibus Regni, ac Capitulis, & aliis ordinationibus Regni prædicti indulta pariter, & concessa: Et signanter legis Bene a Zenone, & legis Omnes. Quodque in omnem eventum, & casum, non liceat nobis, vel nostra

Curiæ, seu nostris hæredibus, & successoribus dictam venditionem per nos factam aliqua causa, titulo, seu quæ suo colore revocare, infringere, vel illi quomodolibet contraire. Supplentes ejusdem nostri Privilegij serie de dicta nostra certa scientia, & plenitudine nostræ dominicæ potestatis, omnem, & quemcumque defectum juris, & facti, seu consuetudinis, ordinationis Regni, vel ritus, & omissæ alterius sollemnitatis cujuscumque in præmissis, & singulis premissorum, seu qui, & quæ possent opponi quomodolibet in futurum in venditione prædicta. Ita quod illam, & eandem efficaciam habeant, tanquam si defectus ipse non contingisset, et omnis obmissa sollemnitas fuisset hic distincta, apposita pariter, et suppleta. Quem quidem defectum, si hic de sui natura, vel causæ exigentia necessario exprimendus foret, haberi in præsenti nostro Privilegio volumus, atque decernimus pro apposito, declarato, expresso efficaciter, et suppleto. Adeoque dictus emptor, et præfati sui hæredes in dicta Terra, et ejus prædictis juribus indemnes perfruentur: et in omni casu, et eventu præmissa nostra venditio, alienatio, et traditio, ubique inviolabile robur obtineat, et refragationis, vel obreptionis cujuscumque dispendia non incurrant, rato manente pacto venditionis eiusdem. Jam dictis legibus, Constitutionibus, Regnique Capitulis, ordinationibus, et rescriptis alijs quibuscumque contrariis, præmissaque fieri forsitan probibentibus, quorum, et quarum tollimus in hac parte vigorem, non obstantibus, similiter in adversum clausulis, conditionibus, retentionibus, et reservationibus omnibus, et singulis, ac modo, et forma, qui, et quæ in privilegijs venditionum, et donationum Realium, et nostris consueverunt exprimi, et apponi in præsenti nostro privilegio intellectis, et h betis pro expressis, ac si forent in eo distincte, ac particulariter annotati salvis nihilominus servitiis nobis exhinde debitis, secundum usum, et consuetudinem huius Regni: ac omnibus, et quibuslibet alijs, quæ nobis, et nostræ Curiæ majoris dominii ratione competunt, et debentur in illis, prout ha-

habemus, et habere debemus in civitatibus, et terris alijs dicti Regni. Salvis etiam, et reservatis nobis, et dictis nostris hæredibus, et successoribus, usibus, et consuetudinibu- Regni prædicti; beneficijs insuper cappellaniarum, et juribus patronatus, siquæ sunt in dicta Civitate, et ipsorum collationibus, et præsentationibus nobis, et prædictis nostris hæredibus, et successoribus specialiter reservatis. Intendimus autem, et præsenti nostro Privilegio declaramus, quod dictus emptor procuret cum solertia debita, et istanti infra annum unum a die adeptionis corporalis possessionis dictæ Terræ in antea numerandum, præsens nostrum privilegium, vel ejus tenorem in quaternionibus Cameræ nostræ Summariæ, pænes nostros Thesaurarios transcribi facere, & particulariter annotari, ut tempore, quo feudale servitium indicetur, contingat eundem emptorem tanquam novum Dominum dictæ Civitatis manualiter, & habitualiter reperiri. In quorum fidem præsens Privilegium nostro pendenti Sigillo munitum fieri jussimus. Datum in Castello novo Civitatis nostræ Neapolis per Spectabilem Virum Honoratum Cajetanum de Aragona Fundorum Comitem, Regni hujus Logothetam. Prothonotarium Collateralem Consiliarium fidelem nobis dilectissimum = Die decima mensis Martii 1477. Regnorum nostrorum anno vigesimo = Rex Ferdinandus = Adest legalitas &c.

DOCUMENTO XV.

Ex Regesto Serenissimi Regis Roberti signato 1312. & 1313. A fol. 3.

Robertus &c. Herrico de Guasto militi familiari, & fideli suo &c. Ut custodiam forestarum Curie nostre in Calabrie partibus per alias nostras litteras tibi commissam possis, ut convenit exercere, Volumus, quod infrascripta capitula in ipsorum custodia observare procures. In primis, quod defensas & forestas ipsas diligenter facias, & fideliter custodiri, & inhibeas, & facias publice inhiberi, quod nullus in defensis, seu forestis ipsis venari ad forciam, vel ad ingenium absque licentia nostra quoquomodo presumat. Item quod nullus audeat incidere, aut incidi facere in defensis, vel forestis ipsis ligna, vel lignamina viridia, sive sicca. Item quod nullus audeat immictere in defensis, & forestis ipsis animalia domita, vel indomita cum campanis sine licentia Curie, pro sumendis pascuis, vel glandibus, sive qualibet alia occasione, & si intercipi contingerit homines & animalia ipsa in defensis, & forestis iisdem contra inhibitionem eamdem, exigatur pro eis pene nomine qualibet vice pecunie quantitas infrascripta, videlicet, pro quolibet bove, vel bacca auri tarenus unus; pro quolibet equo, vel jumento auri tareni duo; pro quolibet asino, vel asina auri tareni duo; pro qualibet ove, vel capra auri grana duo; pro quolibet porco, vel scrofa auri grana quatuor; pro quolibet bubalo, vel bubala, auri tarenus unus; pro quolibet animali, quod intercipietur in defensis cum campanis, auri tareni septem & medius. Item pro quolibet homine, vel muliere, qui, vel que intercipietur in defensis ad recolligendum glandes, auri tareni duo. Item quando aliquis intercipietur in defensis venando capiatur, & puniatur pro arbitrio Curie, & si capi non poterit, significetur Curie per te nomen, & cognomen ipsius. Item pro quolibet homine, qui intercipietur in defensa inciden-

cidendo ligna viridia, auri tareni septem & medius; & si sicca fuerint, auri tareni tres grana quindecim. In affidandis vero animalibus circa defensam non servatur certa forma, sed sicut potest melius componi, & concordari cum patronis animalium volentibus affidari, juxta qualitatem, & quantitatem animalium affidandorum pro Curie melioratione componas. Item inhibeas expresse, & inhiberi publice facias, quod nullus cujuscumque dignitatis existat tribus mensibus anni, videlicet Aprilis, Madij, & Junij infra defensas, & forestas prædictas venari presumat ad capriolos, cervalios, & daynellas; quandocumque aliquis invenerit ipse pro se contra inhibitionem eamdem venando, si Baro vel Miles fuerit, pro qualibet vice solvat Curie pro pena auri uncie vigintiquatuor; si burgensis auri uncie sexdecim; si vero villanus auri uncie octo; si non poterint eas solvere, arrestentur, & detineantur in carcere per annum unum. Volumus insuper, quod capitula super hijs edita per dive memorie dominum Aum nostrum serves tenaciter. Et ne ignorantiam capitulorum ipsorum possis pretendere, tenores eorumdem capitulorum presentibus duximus annectendos. Magistri defensarum, & forestarum ultra defensarum, & forestarum antiquos terminos, homines, & animalia non capiant, nec ultra forestas ipsas suum officium extendant, nec faciant foresterios burgenses, & alios divites homines locorum, sed homines ad hoc habiles, & aptos, & congruentes de vicinis locis, nec non in majori numero, quam expediat, nec homines occasione, quod canes habeant, vel instrumenta quælibet ad venandum, vel ligna incisa extra defensam, vel cornua, seu pedes, & pelles cervorum, & aliorum animalium silvestrium, capiant, turbent in aliquo, vel molestent; sed si quos suspectos de venatione habeant, denuntient Justitiario, qui inquisita veritate ad debitam penam procedat. Et si Justitiarius dubitaverit de processu, eo quia sibi non costitit, referat dominationi nostre. Si vero magistri forestarum aliquem in venando deprehenderint, ipsum capiant de persona, & statim assignent Justitiario

 pu-

puniendum. Et nibilominus in omni casu, sive denunciaverint aliquem ad venationem suspectum, sive assignaverint eidem aliquem, ut est dictum, in venando deprebensum, significent nobis totum processum, & dimittant libere homines babentes terras, & possessiones in defensis, & circa defensas, quas antiquitus laborare, & colere consueverint, ipsas per se, vel alios, sicut olim fecerunt, et pro affidatura vel defensatico pro predictis terris, possessionibus eorum propriis aliquid non exigant, vel recipiant ab eisdem, nec inquisitionem perse vel alios de venatoribus faciant, sed Justitiario regionis denuncient, ut est dictum, et si defecerint vice qualibet, qua venerint contra quodlibet predictorum, restitutis ablatis, et resarcitis damnis eis, qui damna, et ablationes sunt passi; predicti magistri forestarum amoti ab officiis sine aliqua spe redeundi, pro nostro arbitrio puniantur, et eorum subofficiales propter restitutionem, et emendationem damnorum per annum unum carceri decludantur. Item boves sine campanis possint sumere pascua in defensis, dum tamen custodes arma non babent, neque canes. Et ad majorem cautelam ne fraus aliqua committatur, et ne novas forestas, nec defensas predicti magistri foresterij facere possint, Justitiarii regionis babeant forestas, et defensas, et terras eorum distinctas in supradictis, sicut magistri forestarum babent a Curia, ut possit melius scire, et invenire, si magistri forestarum manus suas extenderent extra terminos constitutos, et predicti Justitiarii, si defensas novas factas alias inde, quamquam eis per curiam designentur, invenerint, eas restituant in pristinum statum. Datum Neapoli per Bartbolomeum de Capua militem etc. anno Domini millesimo CCC. XIII. die XV. Martij XI. inditionis, Regnorum nostrorum anno quarto.

DO-

DOCUMENTO XVI.

Ex Regesto Serenissimi Regis Caroli secundi signato 1308. *et* 1309. *C. fol.* 225.

SCriptum est magistris forestariarum Regni Sicilie , ac forestariis, et officialibus oliis Vallis Vitalbe , et forestariarum Gualdi, et Montis de Justitiariatu Basilicate, presentibus, et futuris fidelibus suis etc. Dudum Robertus primogenitus noster Dux Calabrie nostroque in Regno Sicilie Vicarius generalis, Petro de Cutrono militi, vicario terrarum suarum in Basilicata, suas dixerit literas in hac forma. Robertus primogenitus etc. Domino Petro de Cutrono vicario terrarum suarum in Basilicata salutem et dilectionem sinceram. Reverendus Dominus, et Genitor noster Jerusalem, et Sicilie Rex Illustris, Justitiarijs tunc presenti , et successive futuris ad petitionem venerabilis patris domini Rogerij Episcopi Rapollani Consiliarij sui, nostrisque devoti, suas pridem direxit lictteras tenoris , et continentie subsequentis. Karolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem , et Sicilie etc. Justitiariis Basilicate presenti, et futuris, fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Pro parte venerabilis patris Rogerij Episcopi Rapollani dilecti consiliarij familiaris, et fidelis nostri, fuit nuper expositum coram nobis, quod homines casalis Rivinigri, quod est ejusdem sue ecclesie Rapollane, consueverunt ab antiquo animalia eorum, et ipsius Ecclesie ducere , ad sumendum pascua, et arandum in valle Vitalbe, et forestis Gualdi , et Montis de decreta vobis provincia , usqne scilicet ad quemdam terminum, seu limitem, qui vocatur Antiqua, solvendo singulis annis foresteriis, et officialibus aliis existentibus ibi pro tempore pro quolibet aratro boum, bobus videlicet sex pro aratro quolibet computatis, tarenum auri unum, et pro affidagio cujuslibet vacce , sive jumenti indomiti grana auri quatuor, et pro quolibet porco seu scrofa grana duo - Pro qnolibet vero miliario ovium , aut ca-

 pra-

prarum annis singulis florenos auri quatuor, computato tempore continue inibi mansionis eorum. Insuper & pro qualibet vanga grana auri decem, vanga illorum scilicet, qui ibidem cum bobus arabunt, nullatenus computata. Et cum predicti foresterij suis iuribus non contenti extorquerent olim a prefatis hominibus prefati casalis duplum eius, quod solvere consueverant, & debebant pro affidagiis supradictis. Prelibatus Episcopus babens ad nos inde recursum, ad tunc Justitiarium Basilicate, sicut ponitur licteras, nostras obtinuit, ut si reperiret rem taliter esse, mandaret ex parte nostri culminis sub formidabili pena foresteriis, & custodibus forestarum ipsarum, ut non exigerent a predictis bominibus ultra quam consueti solvere fuerint de premissis. Quarum utique priorum licterarum nostrarum auctoritate, dictus tunc Justitiarius predecessor vester in eodem Justitiariatus officio, de predictis omnibus diligentius, ut asseritur, inquisivit, & constitit sibi, quod prefati homines dicti casalis consueverunt solvere pro singulis predictorum tantum, & non ultra quantitatem superius declaratam, de qua quidem inquisitione taliter facta constare asseritur per patentes licteras ipsius tunc Justitiarij ejus sigillo munitas. Dato subsequenter per eumdem bunc Justitiarium, ut subdicitur, efficaciter in mandatis quondam Gerardo Deyuot militi tunc viventi, qui de mandato Curie loca, seu forestas tenebat easdem, ut bec iuxta quod per inquisitionem ipsam inventa fuerant, mandaret & faceret inviolabiliter observari. Qui Gerardus postmodum per patentes suas licteras demandavit officialibus suis locorum, seu forestarum ipsarum presentibus, & futuris, quod a predictis bominibus pro aratris & animalibus predistinctis plus exigere non deberent, quam ipsi bomines consueti solvere fuerant, & erat per inquisitionem ipsam inventum, quod licet ex tunc extiterit incommutabiliter observatum, nunc tamen predicti foresterii de mandato, ut ponitur, uxoris dicti quondam Gerardi contra justitiam, & licteras prefati tunc Justitiarij, & eiusdem olim viri sui, a sepe fatis bominibus predicti casalis

salis Rivinigri, ultra quam sit consuetum, & debitum, exigunt & extorquent pro aratris, & affidaturis animalium predictorum in eorumdem hominum, & predicte Rapollane Ecclesie grave preiudicium, & iacturam. Super quo nostre provisionis remedio tam iuste, quam suppliciter implorato, fidelitati vestre firmiter, & districte presentium tenore mandamus, quod si premissis veritas suffragatur, cum velimus dictante iure ius suum unicuique servari; vos, quod inventum est exinde per inquisitionem ipsam legitime factam, ac servatum tempore dicti quondam Gerardi de Yuot, sub cuius custodia dicte foreste, seu loca de mandato Curie, ut premittitur, existebant tam a predictis foresteriis, presentibus, & futuris, quam quolibet alio cuius intererit servare, ac servari facere incommutabiliter studeatis. Ita quod de iis ad audientiam nostram, quam moleste ferremus, ulla de cetero querimonia non feratur. Presentibus post convenientem inspectionem earum remanentibus presentanti, efficaciter in antea valituris. Datum Neapoli per Bartolomeum de Capua militem logothetam, & Prothonotarium Regni Sicilie anno Domini M. CCC. die vigesimo quinto februarij tertiedecime Indictionis, Regnorum nostrorum anno sextodecimo. Petente itaque nunc predicto Episcopo prefatas litteras dictis hominibus casalis Rivinigri per officiales nostros ipsarum partium observari. Nos ipsius petitionibus benignius annuentes, devotioni vestre, presentium tenore, expresse mandamus, quatenus si vobis constiterit per inquisitionem predictam, ut premittitur, legitime factam fore, id, quod per eam inventum fuerit, ac servatum tempore quondam Gerardi de Yuot, sub cuius custodia dicte foreste, seu loca de mandato Curie, ut predicitur, existebant, a forestariis nostris statutis ibidem, tam presentibus quam futuris, nec non & quolibet alio cuius intererit, iuxta dictarum domini patris nostri continentiam litterarum servare, ac servari facere incommutabiliter studeatis. Itaquod de hiis ulterior ad nos querimonia non feratur. Datum Neapoli anno Domini M. CCC. IIII. die tertiodecimo maij secunde Indi-

Indictionis. Noviter autem venerabilis in Christo pater, frater Petrus nunc Episcopus Rapollanus, confessor, familiaris, ac consiliarius Roberti primogeniti nostri Ducis Calabrie, nobis attentius supplicavit, ut sub intuitu predictas pecunie quantitates, ad quas predicti homines casalis Rivinigri PRO AFFIDAGIO, ET FORESTAGIO *supradictis, premisso modo tenentur hominibus ipsis dignaremur anno quolibet relaxare. Nos itaque attendentes grata, utiliaque servitia, que predictus Episcopus tam nobis, quam Duci prefato prestitit hactenus, prestat assidue, ac speratur eum in antea prestiturum, intuitu eiusdem Episcopi, quousque idem Episcopus vixerit, vel donec Ecclesiam tenuerit supradictam, prefatis hominibus predistinctas pecunie quantitates debitas per eos, pro predictis* AFFIDAGIO ET FORESTAGIO *gratiose duximus relaxandas. Quam ob rem volumus, & fidelitati vestre presentium tenore mandamus expresse, quatenus vos foresterij, & officiales alij dicte Vallis Vitalbe, ac predictarum forestarum Gualdi, & Montis predictam gratiam, quousque dictus Episcopus vivet, vel donec dictam Ecclesiam Rapollanam tenuerit, ut prefertur, predictis hominibus observantes illesam, anno quolibet scriptum unum competens recipiatis ab Episcopo supradicto per vos in nostra Curia presentandum, qualiter eius intuitu predicto modo facta est per Curiam nostram premissa gratia hominibus supradictis. Volumus enim ex hoc, ubi huiusmodi gratia intuitu persone dicti Episcopi facta est, post mortem ipsius, vel si contingerit eum Ecclesiam ipsam dimittere aliquatenus extendi ad eiusmodi Episcopi successores, vel aliquod exinde dicte nostre Curie preiudicium generari, sed post mortem ipsius Episcopi, vel si contingat eum Ecclesiam ipsam dimittere, predictas quantitates pecunie debitas* PRO FIDAGIO, ET FORESTAGIO *supradictis a prefatis hominibus, prout distinctum est in prescriptis licteris, exigatis. Vos vero magistri huiusmodi gratiam nostram servare, ac servari facere incommutabiliter faciatis. Presentes autem licteras, postquam eas inspexeritis quantum, & quando fuerit oppor-*

tu-

tunum, earum transumpto recepto per vos informa publica pro cautela, restitui volumus præsentanti apud vestrum quoslibet vigorem similem habituras. Datum Neapoli in Camera Ducali anno Domini M. CCC. VIIII. die IIII. Januarij VII. Inditionis. Regnorum nostrorum anno XXIIII.

DO-

DOCUMENTO XVII.

Ex Archis Regiæ Siclæ.

IN nomine Dei eterni anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo undecimo. Regnante domino nostro Roberto Dei gratia Illustre Jerusalem & Sicilie Rege, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, Provincie, Forcalquerij, & Pedimontis Comite: Regnorum eius anno tertio, mense julij vicesimo sexto die eiusdem none Inditionis apud Gravinam. Nos Nicolaus de Andrea Gravine judex, Guillelmus publicus eiusdem terre notarius, & testes subscripti de eadem terra ad hoc specialiter vocati, & rogati presenti publico scripto fatemur, atque testamur, quod olim die nonodecimo mensis junij presentis none Inditionis veniens ad presenciam nostram judex Aldomarius Scafarea de Nuceria Camerarius eiusdem terre Gravine, ostendit nobis quasdam litteras sibi missas a viro nobili domino Thomasio de Procida, milite terrarum excellentium dominorum Johannis, & Petri serenissimi domini nostri Regis fratrum generali vicario, noto & consueto sigillo ipsius cera rubea sigillatas, in quibus quidem litteris vidimus contineri capitulum continentie subsequentis. Quia tempus est vendendi & locandi TERRAGIÆ TERRARUM DEMANIJ CURIE *in Gravina pro anno presenti huius none Inditionis, & in vendicione ipsorum non possumus personaliter interesse, locationem ipsam vobis duximus committendam. Quapropter statim receptis presentibus per terram Gravine banniri publice faciatis, ut si aliquis terragia ipsa emere voluerit, coram vobis debeat comparere, ipsa plus offerenti locaturi. Significaturi nobis, quicquid inde duxeritis faciendum, cuius quidem capituli autoritate dictus Camerarius predicto nonodecimo die predicti mensis junij prefate none Inditionis per eamdem terram Gravine publice banniri fecit, nobis presentibus, videntibus, & audientibus, ut si quis* IURA OMNIA TERRAGIORUM TERRARUM *demanij Curie dicte terre Gravi-*

ne

ne vellet emere in cabellam pro anno presenti none Inditionis coram eodem Camerario compareret parato, & prompto, iura ipsa terragiorum plus offerenti pro parte Curie concedere ad extaleum in cabellam: quo quidem banno emisso Gervasius de Angelo de eadem terra Gravine comparens coram Camerario supradicto, nobis ibidem presentibus, petiit sibi locari, & concedi per eum pro parte Curie pro presenti anno huius none Inditionis IURA OMNIA TERRAGIORUM TERRARUM DEMANIJ CURIE *in eadem terra Gravine, & pertinentiis eius, & obtulit se inde daturum eidem Camerario pro parte ipsius Curie salmas victualium inter frumentum, & ordeum perequaliter, ad salmam videlicet generalem dicte terre Gravine sexcentas quinquaginta; qua oblacione admissa idem Camerarius volens condicionem dicte Curie, quantum ad eius spectat officium procurare, cabellam terragiorum predictorum per eamdem terram Gravine cum predicta quantitate victualium locationis ipsius emptoris, ipsius nomine non expresso publice banniri fecit, ut si quis iura terragiorum ipsorum vellet in aliquo promovere, deberet coram eodem Camerario comparere, ipsum vel ipsos ad augumentum ipsum pro parte dicte Curie admissuro; & quia expectato triduo, & elapso nullus coram eodem Camerario apparuit licitator, qui maiorem inde offerret victualium quantitatem; idem Camerarius prefatum Gervasium tamquam plus exinde offerentem ad locationem eamdem admisit, sibique pro dicto presenti anno iura omnia terragiorum ipsorum concessit pro parte dicte Curie, prout anno proximo preteritarum octave, & septime Inditionis fuerunt exercita, & percepta, & hodie sunt in manu Curie pro predictis salmis victualium sexcentis quinquaginta, solvenda sibi, & assignanda pro parte eiusdem, vel cui dicta Curia solvi, & assignari mandabit ad salmam, & thuminum generalem dicte terre Gravine perequaliter inter frumentum, & ordeum per totum mensem augusti primi futuri huius none Inditionis. Ita quod in fine ipsius mensis nihil inde Curie per eum remaneat ad solvendum; promisso*

misso

missso & convento sibi per eumdem Camerarium, quod a locatione predicta amoveri non possit, vel debeat minori augmento salmas victualium decem inter frumentum, & ordeum per equaliter promissas, sibi quarta parte ipsius augmenti, si per augmentum ipsum post triduum subastacionis, a locatione ipsa eum contingerit amoveri, & quod licitum sit sibi de perceptis per eum infra illud tempus, quo iura terragiorum ipsorum percepit successori suo respondere, prout est debitum & statutum. Subsequentibus vero subscriptis diebus prescripti mensis julij prescripte Inditionis apud Gravinam comparuerunt coram eodem Camerario subscripti de eadem terra Gravine, qui licitati sunt, & augumentaverunt iura terragiorum predictorum ultra prescriptas quantitates victualium, pro quibus predicto Gervasio extiterant, ut prescribitur, locata & concessa pro parte Curie supradicte in quantitatibus victualium, subdistinctis videlicet inter frumentum & ordeum perequaliter, scilicet vicesimo dicti mensis julij Nicolaus Domini Johannis, qui licitatus est, & augumentavit iura ipsa in salmas victualium viginti inter frumentum & ordeum per equaliter; item sequenti vicesimo primo die ipsius mensis julij predictus Gervasius licitatus est, & augumentavit iura ipsa in salmas victualium decem inter frumentum & ordeum per equaliter; item eodem die dictus Nicolaus de domino Johanne, qui licitatus est, & augumentavit eadem iura terragiorum in alijs victualium inter frumentum & ordeum per equaliter salmis decem, & sequenti vicesimo secundo die ipsius mensis julij predictus Gervasius, qui licitatus est, & augumentavit iura eadem terragiorum in alijs salmis victualium decem, inter frumentum & ordeum perequaliter; quibus oblacionibus admissis volens Camerarius idem in huiusmodi licitationibus, & augumentis iuriorum dictorum terragiorum condicionem prenominate Curie in melius promovere, per totam dictam terram Gravine fecit in nostrum presencia licitationes, & augumentum predictum factum in iuribus supradictis cum quantitatibus inde oblatis victualium

pre-

predictorum licitatorum nominibus non expressis , fecit per triduum pluries subastari, ut si quis vellet in iuribus ipsis maiorem addere victualium quantitatem, accederet coram eo parato , & prompto tractare in utilitatem prefate Curie cum eodem : Expectato vero ipso triduo , & elapso, & licitatore aliquo coram eo minime comparente, predicto vicesimo sexto die dicti mensis julij prenominatus Camerarius considerans in hijs utilitatem prefate Curie , & attendens locavit , & concessit pro parte Curie dictorum dominorum predicto Gervasio , tamquam plus offerenti , & ultimo licitatori predicta iura terragiorum . . . . . presenti anno none Inditionis, facta summa predicte locationis , & additum prescriptorum pro salmis victualium inter frumentum & ordeum perequaliter septingentis ad generalem mensuram . . . . . & condicionibus omnibus , & singulis predistinctis, pro quibus quantitatibus victualium parti Curie dictorum dominorum in dicto termino integraliter assignandis, dictus . . . . . fide subscriptos, videlicet Judicem Vicum, Judicem Rogerium , Judicem Stephanum , Eustasium de Angelo, Joannem Notarij Angeli , Dominicum fratrem eius, Angelum Nicolai siri Riccardi, Lucam de Gervasio , Johannem de Ascolia, Dominicum de Francisco, Nicolaum Boamundi, Angelum de Eustasio, Andream de Coppulara, Mideam de Ursone, Johannem Grecum , Grisolitum de Nicolao, Angelum de Jemma, Thomam magistri tranliendi , & Dominici magistri Leonis de eadem terra, per nos qui supra Judicem , & notarium sufficientes, & idoneos approbatos. Qui quidem fideiussores sponte pro eodem Gervasio sub hypotheca omnium bonorum eorum per guadiam, & stipulationem sollemnem in manus predicti Camerarij se insolidum obligarunt , & renunciaverunt beneficio legis sancimus, epistole divi Adriani, & omni alie exceptioni legum, & iuris auxilio , scripti & non scripti, canonici, consuetudinarij, & civilis, quibus se possent a presenti caucione , & fideiussione tueri ; qui dicti fideiussores , ut nobis constitit , non sunt filij familias, nec bona eorum ratione ali-

quo-

quorum officiorum Curie obligata, sed sunt bonorum stabilium possessores. Unde ad futuram memoriam & tam Curie certitudinem, quam predicti domini vicarii, ac eiusdem Camerarij cautelam, presens publicum instrumentum exinde factum est scriptum per manus mei predicti Guillelmi publici Gravine notarij, signo meo solito signatum sigillo & subscriptione mei, qui supra Judicis & nostrum subscriptorum testium, qui interfuimus, subscriptionibus roboratum = Adest signum = Nicolaus de Andrea Gravine Judex &c.

DO-

DOCUMENTO XVIII.

Ex Regestro Regis Roberti Sig, 1313.

L. A. fol. 85. *a tergo.*

ROBERTUS &c. *Tenore praesentium notum facimus Universis, quod nos ad supplicis petitionis instantiam nomine, & pro parte Universitatis hominum Civitatis Gravinae nostrorum fidelium, per eorum Sindicos nobis factam, quaesitis de mandato nostro Regestris Curiae, tenore quarumdam literarum clarae memoriae Regis militis Domini Patris Nostri de Regestris eisdem assumi, & pro cautela spectabilis juvenis Joannis Gravinae Comitis, & honoris Montis Sancti Angeli Domini fratris nostri carissimi, & dictae Universitatis, qui sua interesse dicebant tenorem ipsum, sicut de Regestris eisdem assumptus est, de verbo ad verbum, ut infra describitur, praesentibus mandavimus annotari, quarum literarum series per omnia talis est. Carolus Secundus Dei gratia Rex Jerusalem, & Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, Provinciae, & Forcalquerii Comes. Justitiario Terrae Bari praesenti, & futuris fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Dudum clarae memoriae Dominus Pater noster Jerusalem, & Siciliae Rex Illustris suas, quas nuper in Curia nostra ostensas inspeximus, tunc Iustitiario dictae Provinciae direxit literas tenoris, & continentiae per omnia subsequentis. Carolus Dei gratia Rex Siciliae. Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, Albae Urbis Senator Andegaviae, Provinciae, & Forcalquerii Comes, ac Romamani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Vicarii Generalis. Justitiario Terrae Bari fideli suo gratiam suam, & bonam voluntatem Luisio de Bello foro dilecto militi, consiliario, familiari, & fideli nostro cum hominibus Gravinae Vassallis suis per excellentiam nostram concessis eisdem ex una parte, & hominibus Montis Pilosi, fidelibns no-*

nostris ex altera conquerentibus mutua vicissitudine coram nobis, nostra serenitas intellexit quod tot, & tantæ multiplices quæstiones ortæ sunt hactenus inter homines terrarum ipsarum de pertinentiis, & territoriis eorumdem finitima vicinitate conjunctis, quod mutuis altercationibus sepius ad arma concurrunt, & ad invicem sibi inferunt multa gravamina, & pressuras conantes, hujusmodi tenimenta ad alteram partem forte non pertinentia quælibet ipsarum partium sibi pontentialiter usurpare. Unde cum nostram deceat Maiestatem finem imponere litibus, nec pati velimus altercationes hujusmodi aliquos habere processus, sed secundum justitiam compescere iudicialiter litigantes, quaternones de Archivio rationum nostrarum quæri mandavimus ad sedandum litigia sic exorta, ac inspici diligenter extrema confinia tenimentorum partium eorumdem, per quas inventum est, quod tenimenta Gravinæ subscriptis finibus terminantur, videlicet tenimentum Gravine, de quo recipitur medium semen a singulis, qui in eo laborant, exceptis Militibus, Judicibus, Notariis, Canonicis Maioris Ecclesiæ Gravinensis, & eorum descendentibus, & exceptis illis, qui habent terras patrimoniales ibidem, qui nihil inde serviunt, cum ipsas ipsi laborant, hiis finibus designantur, v3. a Curatibus Neræ vadit per parietem usque ad parietem Muri, & totum Castellum Muri, est de tenimento Gravinæ, & vadit per spleeam de Latrone usque ad stratam, & ascendit ad Cupum, quod est prope matranos, & vadit ad Sanctum Stefanum, & descendit ad Vadum Conochiæ, & vadit ad fontem Abbatissæ, & vadit subtus stratellam, & venit ad viam Bassenti, & ascendit usque ad Vadum Sancti Aronzii, & vadit usque ad curtes Judicis Cardi, & per terras Sanctæ Mariæ, & per nemus listrici, & ferit ad ripam Cavari, & vadit per terram Longobardi, & vadit ad Matinam, & vadit per Vulternium, & vadit per Situm, & vadit per aquam pendentem usque ad curtem templi, & vadit ad Sanctum Laurentium, & vadit ad viam Spinaziolæ, &

va-

vadit ad montem Grossum, & vadit per caput Aquam, & vadit per currentem, quæ venit ad Lamam Tortulam, & venit per serram Litaltam, & venit per serram focalem, & venit per lacum cupum, & venit ad totum stara d'aque ad Castellionem, & venit per venatulam prope locum viventium, & venit per parietem usque ad Curtem Nereti, quæ omnia tenimenta Gravinæ inventa sunt in quaternionibus Curiæ, qui in Archivio Curiæ conservantur, præscripti finibus limitata. Quare fidelitati tuæ mandamus, quatenus finibus ipsis per te prædictum Justitiarum oculata fide inspectis, & certis signis appositis pro majori cautela hominum utriusque partis, qui vulgariter termini nuncupantur, authoritate præsentium literarum nostrarum iniungas utrique parti Universitatum ipsarum sub pena unciarum auri quincentarum cuilibet earumdem, ut utraque partium ipsarum contenta sit finibus suprascriptis; eo modo, quod homines Gravinæ ultra præscripta confinia ad laborandum non exeant, & fines ipsos aliquatenus non extendant, & homines montis Pilosi infra eosdem fines nullatenus intrare præsumant ad laborandum, sed quælibet Universitatum ipsarum præscriptis finibus sit contenta, quod si contra fecerint, et aliqua de ipsis Universitatibus presens mandatum nostrum transgressa fuerit, prædictam pænam authoritate præsentium exigas, vel exigi facias ab illis, quos noveris incurrisse ad pænam superius nominatam. Datum Caurati per Magistrum Guillelmum de Foravilla Decanum Sancti Petri virorum Areriliananensis, Regni Siciliæ Vice Cancellarium, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, mense Novembris vigesimo sexto ejusdem Inditionis, Regni nostri anno nono. Volumus igitur, & fidelitati vestræ præsentium tenore præcipimus, quatenus formam prescriptarum Regiarum literarum, & vos quantum ad vestrum spectat officium, prout expedit, observetis, & faciatis ab aliis quorum interest, juxta earum continentiam tenaciter observare. Præsentes autem literas post opportunam inspectionem ea-

earum restitui volumus præsentanti. Datum Neap. per Bartholomeum de Capua Militem logotetam, & Protbonotarium Regni Siciliæ anni Domini 1302; die sexto decimo Novembris primæ Indictionis, Regnorum nostrorum anno octavo decimo. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri, & pendenti Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum Neap. per Bartholomeum de Capua Militem &c. Anno Domini 1313. Die vigesima Februarii undecime Inditionis, Regnorum nostrorum anno 4.

DO-

DOCUMENTO XIX.

Ex fascicolo 29. il primo olim 30. fol. 86. at.

IN PETRAPAGANA.

JUdex Gualderius de Ayrola juratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, seu pheudatarios terras, & bona pheudalia in capite tam ultra, quam infra pheudum tenentes, esse in prædicta terra Petrepagane, seu pertinentiis suis, & quas terras, & bona pheudalia a Regia Curia tenent, & cujus annui valoris, & redditus sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter, & distinte, dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius aliquis, est in dicta terra Petrepagane, qui tenet partem pheudi, seu ultra vel infra, excepto domino Raynaldo de Ponzellis Gallico, qui est dominus ipsius terre ex concessione regia sibi facta,

Cujus terre redditus, & proventus valent annuatim cum omnibus juribus, & racionibus suis ad eandem terram spectatibus ad generale pondus auri ———— *unc. XL.*

Divisis ipsis unciis per membra iurium, & proventuum ipsius terre particulariter in hunc modum videlicet

Jus banci iusticie ———— *unc. III ÷*
Jus platee ———— *unc. III ÷*
Jus bandie ———— *unc. II ÷*
Jus extalei ———— *unc II ÷*
Jus bucherie ———— *unc. I ÷*
Proventus molendinorum ———— *unc. V. t. XV.*
Proventus furnorum ———— *unc. X*
Jus terragiorum tenimenti Murellj ———— *unc. III*
Jus terragiorum Petrepagane ———— *unc. II et*
Proventus vinee ———— *unc. III*

Et de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus, & oriundus de terra prædicta.

Judex Johannes Bellus iuratus, & interrogatus super premissis, dixit per omnia ut proximus.
Gualderius de Angonardo iuratus, & interrogatus super premissis, dixit per omnia, ut proximus.
Symon de Manfrido iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Maff.us de Burrello iuratus, & interrogatus super premissis, dixit per omnia, ut proximus.
Johannes de Massalana iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Mattheus de Sersis iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Gilibertus de Madiana iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Petrus Palla iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Johannes Citus de Pedis iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Angelus de Tobia iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Gualtetius de Castanna iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Gualterius de Marganta iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Joannes Citus de Pascacita iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.
Guillelmus de Bella insidia iuratus, & interrogatus super premissis dixit per omnia, ut proximus.

DO-

DOCUMENTO XX.

Ex eodem fasciculo fol. 32.

IN GLORIOSA.

Nicolaus Sicardus juratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, seu pheudatarios, terras, & bona pheudalia in capite, tam ultra, quam infra pheudum tenentes, esse in predicta terra Gloriose, & pertinentiis suis, & quas terras, & bona pheudalia a Regia Curia tenent, & cuius annui valoris, & redditus sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter, & distincte, dixit se scire tantum, quod in predicto loco Gloriose sunt Barones infrascripti, qui tenent bona pheudalia in eadem terra Gloriose, & pertinenciis suis subscripti annui redditus, & valoris videlicet

Predictus dominus Johannes de Ancis, qui tenet in eadem terra, & possidet bona pheudalia stabilia, valentia annuatim ad generale pondus ——— unc. V.

Divisis ipsis unciis per membra jurium proventuum, & redituum dictorum bonorum pheudalium particulariter in hunc modum &c.

Jus banci iustitie ——— tr. XV.
Jus terragii ——— unc. I
Proventus medietatis unius furni ——— tr. XV.
Proventus nemoris ——— unc. I
Proventus medietatis unius molendini ——— unc. I et
Jus platee ——— unc. I

Matheus de domino Roberto tenet in eadem terra bona pheudalia stabilia valencia annuatim — unc. I

Divisis tarenis ipsius unc. per membra iurium, & reddituum ipsorum bonorum pheudalium particulariter in hunc modum v3.

Jus platee ——— tar. VIIII.
Proventus medietatis unius furni ——— tar. XV.

Jus terragij ——————————————— *tar. VI.*

Et de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus, & oriundus de terra predicta.

Jordanus Palesius iuratus, & interrogatus super premissis dixit, ut proximus.

Nicolaus de Tarsia iuratus, & interrogatus super premissis dixit ut proximus.

Guillelmus Cappellarius iuratus, & interrogatus super premissis dixit, ut proximus.

Petrus de Vicania iuratus, & interrogatus super premissis dixit, ut proximus.

Petrus de Borino iuratus, & interrogatus super premissis dixit, ut proximus.

Rogerius Narcius iuratus, & interrogatus super premissis dixit, ut proximus.

DOCUMENTO XXI.

Fx eodem fasciculo fol. 93.

IN CALDANA.

MAgister Rotbertus iuratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, seu pheudatarios, terras, & bona pheudalia in capite tam ultra, quam intra pheudum tenentes, esse in predicto loco Caldane, & pertinenciis, & quas terras, & bona pheudalia a regia Curia tenent, & cujus annui voloris, & redditus sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter, & distincte, dixit se scire tantum esse baronem in eodem loco Caldane.

Jordanus Catonus, qui est dominus ipsius loci, spectante sibi iure paterno.

Cuius loci redditus & proventus valent annuatim ad generale pondus auri ——————— unc. II

Divisis ipsis unciis per membra iurium, & reddituum ipsius loci particulariter in hunc modum v3.

Jus affidature nemorum ——————— unc. I

Jus terragii ——————— tar. XXX[t]

Proventus furni ——————— tar. V.

Raynaldus de eodem loco iuratus, & intrrrogatus super premissis dixit, ut proximus.

Palmerius de Alderisio iuratus, & interrogatus super premissis dixit, ut proximus.

DOCUMENTO XXII.

Ex eodem fasciculo fol. 97.

IN CAMARDA.

JUdex Stonnis Tarentinus iuratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, seu pheudatarios, terras, & bona pheudalia in Capite tam ultra, quam infra pheudum tenentes, esse in predicto loco Camarde, & pertinentiis suis, & quas terras, & bona pheudalia a Regia Curia tenent, & cuius annui valoris, & redditus sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter, & distincte, dixit se scire quod predicto loco Camarde est do comitatu prædicti Comitis, domini Johannis de Monteforte, & ipse Comes tenet, & possidet locum ipsum, & ne quisque est alius Comes, Baro, vel pheudatarius, qui bona aliqua pheudalia habeat in predicto loco, seu pertinentiis ejus.

Cuius loci redditus, & proventus valent annuatim ad generale pondus auri ——— unc. XV

Divisis ipsis unc. per membra iurium, & reddituum ipsius loci particulariter in hunc modum v3.

Terratica terrarum ipsius loci ———	*unc. IIII.*
Proventus iornalium messorum exterorum ———	*unc. I*
Proventus bucherie ———	*unc. II*
Proventus banci justitie ———	*unc. III*
Proventus platee ———	*unc. II*
Proventus affidature ———	*unc. II et*
Proventus furni ———	*unc. I*

Et de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximas, & oriundus de terra predicta.

Petracca de Oyeano iuratus, & interrogatus super predictis, dixit ut proximus.

Rob-

Robertus Ferrarius irratus, & interrogatus super predictis dixit ut proximus.

Johannes de Monte iuratus, & interrogatus super predictis dixit, ut proximus.

Johannes Porcarellus iuratus, & interrogatus super predictis, dixit, ut proximus.

Urso de Cannarda iuratus, & iuterrogatus super predictis dixit, ut proximus.

Petrus de Camarda iuratus, & interrogatus super predictis, dixit ut proximus..

Johannes Crispus iuratus, & interrogatus super predictis, dixit ut prouimus.

DO-

DOCUMENTO XXIII.

Ex eodem Fasciculo fol. 122.

IN ROTUNDAMARIS.

Jacobus Carrellus iuratus, & interrogatus, si sciret nomina, & cognomina Comitum, Baronum, & pheudatariorum, qui sunt in eadem terra, & pertinenciis suis, & quas terras, & bona pheudalia habent, vel tenent, & cuius sint annui redditus, & proventus per partes, & membra, dixit quod sic in causa scientie, dixit, quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius est in terra predicta, & pertinenciis suis, nisi tantum dominus Ricciardus de Claromonte predictus, qui est dominus ipsius terre, cuius terre redditus, & proventus valent eidem domino secundum magis, & minus auri unc. XIII.

Divisis ipsis unciis per membra iurium, reddituum, & proventuum ipsius terre, & tenementi sui particulariter in hunc modum v3.

Bancum iustitie auri ——————— *unc. II*

Redditus unius furni auri ——————— *unc. II*

Redditus terragiorum auri ——————— *unc. IIII*

Redditus glandagii nemorum auri ——————— *unc. X*

Interrogatus si sciret, quod aliqua alia iura, redditus, & proventus essent in dicta terra, & pertinenciis suis, dixit quod nulla alia iura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam & conscientiam, ut proximus & oriundus de terra predicta.

Habet etiam dictus dominus in pertinenciis dicte terre vineam unam, cuius vinum non venditur, quia est deputatum, & necessarium pro usu dicti domini, & familie sue; cuius vinee redditus, & proventus, deductis singulis expensis, ex eadem, valent annuatim secundum magis, & minus vini salmas XV., quod vinum extimat valere ad rationem

de

de tarenis duobus pro ſalma ad generale pondus unc. I.

Habet etiam prediƈtus dominus Riccardus in pertinenciis diƈte terre terras laboratorias, in quibus facit laborari cum uno aratro, quarum terrarum redditus, & proventus valent annuatim quanto laborantur ad generalem ſalmam frumenti ſalmas XXX. ſecundum magis, & minus; quod frumentum extimat valere ad rationem de tarenis duobus, & granis quindecim pro qualibet ſalma ad generale pondus auri unc....

Annuj redditus & proventus diƈte terre computato vino diƈte vinee, & frumento diƈtarum terrarum ad generale pondusauri unc. ——————— XV.

Coſta de Preſinacio iuratus & interrogatus ſuper omnibus prediƈtis capitalibus, dixit idem per omnia ut . . .

Biſancius Magiſter iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit idem per omnia . . .

Judex Salem iuratus, & interrogatus ſuper omnibus, capitulis, dixit per omnia ut proximus per...

Judex Jacobus de eadem terra iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit per omnia...

Matera iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, diƈtis idem per omnia ut primus teſtis.

Simon de Marſico iuratus, & interrogatus ſuper omuibus capitulis dixit ſe nihil ſcire . . .

Comes de Filanno iuratus, & interrogatus ſuper prediƈtis capitulis, dixit ſe nihil ſcrire.

Riccardus Piſanus iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit ut primus teſtis...

Jo: de Judice Leone iuratus & interrogatus ſuper prediƈtis capitulis, dixit ut ...

Robertus Cucullatus iuratus, & inserrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit ſe ...

Mallardus iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis dixit ſe ...

Clericus iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis dixit per omnia ut p.......

DO-

DOCUMENTO XXIV.

Ex eodem fasciculo fol. 122. ater.

INTRISAGIA.

DOnestlicus de Rocca iuratus, & interrogatus, si sciret nomina & cognomina Comitum, Baronum, & pheudatariorum, qui sunt in dicta terra, & pertinentiis suis, & quas terras, & bona pheudalia habent, & tenent, & cuius sint annui redditus, & valoris per partes & membra, dixit quod sic in causa scientie, dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius est in terra predicta, & pertinentiis suis, nisi Dominus Rao de Grifo, & Rogerellus de Manerio, qui sunt domini ipsius terre, nec in capite, sed sunt sub baronia, & dominio predicti domini Riccardi de Claromonte, cuius redditus, & proventus valent annuatim ad generale pondus auri ——————— unc. VII.

De quibus redditibus etiam medietas dicti domini Raonis, & alia medietas etiam predicti Rogerellj, divisis ipsis unciis per membra jurium, redituum, & proventuum ipsius casalis, & tenimenti sui particulariter in hunc modum v3.

Bancum iusticie auri ——————— unc. XV
Redditus platee consuete ——————— unc. I
Redditus terragiorum auri ——————— unc. II et t.XV
Redditus affidaturarum auri ——————— unc. I
Redditus glandagij, & nemorum ——————— unc. II

Interrogatus, si sciret, quod aliqua alia iura alicuius redditus, & valoris essent in dicto casali, & pertinenciis suis, dixit quod preter jura predicta habet dictus Rogerellus in pertinenciis dicte terre molendinum unum de aqua, proventus cuius molendini valeni eidem Rogerello per annum ad generalem salmam frumenti salmas XL. secundum magis, & minus, quod frumentum extimat valere ad generale pondus unc. V. ad rationem videlicet de tarenis tribus, & granis quindecim pro qualibet salma ipsius frumenti.

Ha-

Habet etiam dictus Rogerellus in pertinenciis dicti casalis pecias vinearum duas, de quibus percipit annuatim vini salmas XX., quod vinum non venditur, quia est deputatum, & necessarium pro usu dicti Rogerelli, & familie sue; quod vinum extimat valere ad racionem de tarenis auri duobus pro qualibet salma ad generale pondus auri unc. I, & tar. X.

Annuj redditus, & proventus dicte terre, computato frumento dicti molendinj, & vino dictarum vinearum, auri unc. XIII. & tar. X.

. . . . Amelius iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit eidem per omnia ut proximus testis . . .

. . . Rodimenta iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit idem ut proximus.

. . . Nicolaus iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut proximus per auditum.

. . . Archus iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit idem per omnia ut primus testis.

. . . . tus iuratus, & interrogatus super omnibus, dixit idem ut proximus.

. . . . Magister iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit se scire per auditum quod proximus.

. . . . do iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit se nihil scire.

. . . . & interrogatxs super omnibus capitulis, dixit ut proximus.

. . . . & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut proximus.

DO-

DOCUMENTO XXV.

Ex eodem fasciculo fol. 123.

IN TURSIO.

Michael Cirasoy iuratus, & interrogatus, si sciret nomina, & cognomina Comitum, & Baronum & pheuda, que sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & quas terras, & bona pheudalia habeant, vel tenent, & cuius sint annui redditus, & valoris per partes & membra, dixit quod sic in causa scientie, dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius est in terra predicta & pertinentiis suis, nisi filij, & heredes quondam domini Johannis de Montefusculo, cuius domini Johannis fuit dicta terra, & nunc procuratorio nomine Gabatus per Jacobum de Calabria viceprocuratorem, & magistrum portulanum in Basilicata de mandato Curie nomine, & pro parte dictorum filiorum quondam predicti domini Johannis de Montefusculo, cuius terre redditus, & proventus valent eisdem secundum magis, & minus ad generale pondus auri.

Divisis ipsiis uncijs per membra iurium, & proventum ipsius te . . . . . mentj suj particulariter in hunc modum: Videlicet

Bancum iusticie	*un.*II *& tar.*XV
Plateam consuetam	*un.* V
Proventus olivarum	*un.*II *& tar.*XV
Proventus terragiorum	*un.* V
Proventus affidaturarum	*un.* X
Proventus glandagii nemorum	*un.* X
Proventus quorumdam domorum	*un.* II
Proventus vinearum, & ortorum	*un.*II *& tar.*XV

Interrogatus, si sciret, quod aliqua alia iura, redditus, & proventus essent in dicta terra, & pertinenciis suis, dixit quod nulla alia iura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis suis.

Et

Et de hoc habet plenam noticiam , scientiam , & conscientiam , ut proximus , & oriundus de terra predicta .

Habent tam predicti filii quondam domini Johannis de Montefuscolo in pertinentijs predicte terre Tursij tria molendina de aqua , quorum cabella non venditur , quia proventus ipsorum molendinorum dati sunt domine Jordane uxori quondam predicti domini Johannis pro vita , & sustentacione ipsius domini , & trium filiorum suorum , dixit tamen quod si cabella dictorum molendinorum locaretur , valerent annuatim secundum magis , & minus ad generale pondus auri unc. XII,

Annui redditus , & proventus dicte terre computata cabella dictorum molendinorum ad generale pondus auri unc. LI. & tar. XV.

Dominicus de Graco iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit idem per omnia , ut proximus , & addidit , quod pertinet Curie cabellam baiulationis cum aliis quibusdam hominibus de eadem terra anno presenti , cum supradictis membris a Jacobo de Calabria viceprocuratore Curie in ipsa terra pro predicta pecunie quantitatis tantum .

Stephanus de Bello iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit idem per omnia , ut proximus Dominicus socius eius .

Symon Longus iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit per omnia ut proximus socius eius .

Constantinus Ventila farina iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit per omnia ut proximus socius ejus .

Hugo Johannis de Abbate iuratus , & interrogatus super dictis capitulis , dixit per omnia ut proximus socius eius .

Judex Nicolaus de Mercurio iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit per omnia ut proximus , excepto quod non fuit baiulus , nec socius eius .

Riccardus Caputus iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit per omnia ut proximus .

Judex Cetus iuratus , & interrogatus super omnibus capitulis , dixit per omnia ut proximus .

Judex Johannis de Abbate iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit se nihil scire, nisi per auditum.

Andreas de Craco iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut proximus.

Jacobus de Cuccaro iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut primus testis.

Theodosius de Sando iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut primus testis.

Raynaldus Aspellus iuratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut proximus.

EX

DOCUMENTO XXVI.

Ex eodem Fasciculo fol. 127. a t.

IN ALBANO

NOtarius Johannes iuratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, & pheodatarios, terras, & bona pheudalia in capite tam ultra, quam infra pheudum tenentes, esse in predicta terra Albani, seu pertinenciis suis & quas terras, & bona pheudalia a Regia Curia tenent, & cuius annui redditus, & valoris sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & menbra particulariter, & distincte dixit, quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius aliquis partem pheudi tenens, seu ultra vel infra, etiam in ipsa terra Albani, nisi tantum dominus Leonardus Cancellarius Achaye, qui est dominus ipsius terre concesse sibi per Regiam maiestatem.

Interrogatus de annuo redditu, & valore ipsius terre, dixit iura omnia, redditus, & proventus ipsius terre cum omnibus iuribus ad eandem terram spectantibus, valent annuatim ad plus ad generale pondus auri unc. LII.

Divisis ipsis unciis per membra iurium, & reddituum ipsius terre particulariter in hunc modum videlicet.

Bancum iustitie ————	aur. unc.	VIII	
Redditus omnium furnorum ipsius ttrre ————	aur. unc.	VI	
Redditus duorum molendinorum	aur. une.	X	
Rodditus vinearum ipsius terre	aur. unc.	II	
Redditus affidaturarum ————	aur. unc.	V	
Jura terragiorum ————	aur. unc.	IIII	
Redditus fabrorum ————	aur. unc.		tar. VII ÷
Redditus curbiseriorum ————	aur. unc.	I	
Platea consueta ————	aur. unc.	III	
Jus bucherie ————	aur. unc.	II	
Jus cambij ————	aur. unc.	I	

Jura herbatici , & *glandatici aur. unc.* I & *tar.* XV
Redditus frumenti , & *ordej*
domorum ipsius terre —— *aur. unc.* V
Redditus denariorum ——— *aur. unc.* *tar.* III. & *gr.*XV
Redditus battinderiorum —— *auri unc.* III *tar.* III & *gr.* XV
Et de hoc habet plenam noticiam , *scientiam* , & *conscientiam* , *ut oriundus de terra ipsa Albanj* , & *ut homo qui exercuit baiulationem ipsius terre cum predictis iuribus* , & *membris pluries ad extaleum pro predicte pecunie quantitate* , & *presenti etiam anno presentis VII. indictionis exercuit eandem baiulationem cum predictis iuribus* , & *menbris ad extaleum pro predictis uncijs auri quinquagintaduobus cum quibusdam de eadem terra Albanj* .
Margantius iuratus , & *interrogatus de predictis omnibus* , *dixit idem ut proximus* .
Sir. Jobelis iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus dixit idem* , *ut proximus* .
Robbertus de Laurentio iuratus , & *interrogatns super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* .
Notarius Rogerius iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* .
Robertus de Laurentio magister iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* ,
Judex Guillelmus iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* , *excepto quod non exercuit ipsam baiulationem* , *sed vidit predictos baiulos exercere baiulationem cum predictis iuribus* , & *membris pro predicta pecunie quantitate pro anno presenti* VII. *indictionis* .
Judex Christoforus iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* .
Magister Goffridus Marrus iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* .
Leonardus de Leone iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut prouimus* .
Johannes Curatulus iuratus , & *interrogatus super predictis omnibus* , *dixit ut proximus* .

Lau-

Laudisius Africanus iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximus.
Guillelmus de Barthobomeo iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximns.
Goffridus Ruffus iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximus.
Marsicanus iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximus.
Robertus de Auriminia iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximus.
Magister Tarentinus iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximus.
Robertus Fabius iuratus, & interrogatus super predictis o-omnibus, dixit ut proximus.
Robertus de Falco iuratus, & interrogatus super predictis omnibus, dixit ut proximus.

DOCUMENTO XXVII.

Ex eodem Fasciculo fol. 130. a t.

IN LAURENCIANA.

Lecterius de Milo iuratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, & pheudotarios, terras, & bona pheudalia in capite tam ultra, quam infra pheudum tenentes, esse in predicta terra Laurenciane, seu pertinenciis suis, & quas terras, & bona pheudalia a Regia Curia tenent, & cuius annui redditus, & valoris sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter & distincte, dixit, quod nullus Comes, Baro, vel pheodotarius aliquis partem pheudi, seu ultra vel infra tenens etiam in dicta terra Laurentiane, nisi tantum dominus Marchio Anibaldus dominus ipsius terre concesse sibi per Regiam Maiestatem,

Interrogatus de annuo valore, & redditu ipsius terre, dixit quod iura omnia redditus, & proventus ipsius terre cum omnibus iuribus in eandem terram spectantibus valent annuatim ad plus ad generale pondus auri unc. XXVI.

Divisis ipsis unciis auri viginti sex per membra iurium, & reddituum ipsius terre particulariter in hunc modum, videlicet.

Bancum iustitie	*unc.* II	
Platea consueta	*unc.* I	
Benna iure imposita, & contempta		VII ÷
Affidatura	*unc.* X	
Glandaticum	*unc.* III *& tar.* XXII ÷	
Redditus, & proventus furnorum	*unc.* IIII	
Proventus unius molendini	*unc.* III	
Terragia	*unc.* II	

Et de hoc habet plenam notitiam, scientiam & conscientiam, ut oriundus de terra ipsa, & ut homo qui baiulationem ipsius terre cum predictis Juribus membris, & redditibus

pro

pro anno presenti septime indictionis a camerano ipsius terre emit pro predictis unciis auri viginti sex.

Robertus de Gravina iuratus, & interrogatus de predictis dixit, ut proximus.

Notarius Laudisici iuratur, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus, excepto quod non emit baiulationem predictam, sed interfuit dicto emptori, tamquam notarius.

Parisius magister iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus, excepto quod non interfuit tamquam notarius, sed ut testis.

Andreas de Marca iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus, excepto quod non interfuit emptori.

Judex Guillelmus iuratus, & interrogatus de predictis dixit ut proximus.

Iohannes Stratico iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

Petrus de Magistro Laurentio iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

Guillelmus Barberius iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

Robertus Polatus iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

Iohannes de Pascali iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

Fimianus iuratus, & interrogatus de predictis dixit ut proximus.

Rogerius de Bellucia iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

Nicolaus de parasio iuratus, & interrogatus de predictis, dixit ut proximus.

DOCUMENTO XXVII.

Ex eodem Fasciculo fol. 131.

IN CALVELLO.

Robertus Baldus iuratus, & interrogatus, si sciret aliquos Comites, Barones, seu pheudatarios, terra & bona pheudalia in capite, tam ultra, quam infra pheudum tenentes, esse in predicta terra Calvelli, seu pertinenciis suis; & quas terras, & bona pheudalia a Regia Curia tenent, & cuius anni redditus, & valoris sint bona ipsa pheudalia, & in quibuscumque consistant per partes, & membra particulariter, & distincte, dixit quod nullus comes, Baro, vel pheodatarius aliquis partem pheudi, seu ultra, vel infra tenens etiam in dicta terra Calvelli, nisi tantum dominus Henricus de Fontana dominus ipsius terre concesse sibi per Regiam Maiestatem.

Interrogatus de annuo valore, & reddito ipsius terre, dixit quod iura omnia, redditus & proventus ipsius terre cum omnibus iuribus ad eandem terram spectantibus valent annuatim ad plus ad generale pondus auri — un. XXX.

Divisis ipsis unciis auri triginta per membra iurium, & reddituum ipsius terre particulariter in hunc modum &c.

Bancum iusticie ———————— *un.* III
Platea consueta ———————— *un.* II *& tar.* XV
Banna iure imposita, & contempta — *tar.* XX
Terragia ———————————— *un.* III
Proventus, & redditus unius furni — *un.* I *& tar.* XV
Proventus duorum molendinorum —— *un.* VI
Glandaticum ———————————— *un.* III *& tar.* X
Affidatura ———————————— *un.* VI
Redditus ang. . . rum ———————— *un.* II

Et de hoc habet plenam noticiam, scientiam & conscientiam ut oriundus de terra ipsa, & interfuit, & vidit, quando predictus dominus concessit baiulationem ipsius terre cum predictis iuribus, menbris & redditibus Joanni de Alderi-

sio

ſio pro predictis unciis auri viginti quatuor pro preſenti anno . . . . . Ind.

Mattheus de Molito iuratus , & interrogatus ſuper predictis omnibus , dixit ut proximus .

Petrus Antonio iuratus , & interrogatus de predictis omnibus dixit ut proximus .

Iohannes de Alderiſio iuratus , & interrogatus de predictis omnibus , dixit ipſe cum quibuſdam ſociis ſuis de eadem terra emit baiulationem ipſius terre cum predictis iuribus , membris , & redditibus pro anno preſenti a predicto dominio pro predictis unciis auri vigintiquatuor .

Guillelmus de Aurimundo iuratus , & interrogatus de predictis dixit ut proximus .

Nicolaus de Petra iuratus , & interrogatus de predictis dixit , ut proximus .

Nicolaus Balzanus iuratus , & interrogatus de predictis , dixit ut proximus .

Guillelmus de Margarita iuratus , & interrogatus de predictis , dixit ut proximus .

Rogerius de Rapolla iuratus , & interrogatus de predictir , dixit ut proximus .

Rogerius de Pariſio iuratus , & interrogatus de predictis , dixit ut proximus .

Iohannes de Martino iuratus , & interrogatus de predictis , dixit ut proximus .

Nicolaus Francus iuratus , & interrogatus de predictis , dixit ut proximus .

Raymundus iuratus , & interrogatus de predictis dixit ut proximus .

Iohannes de Riccardo iuratus , & interrogatus de predictis , dixit ut proximus .

DO-

DOCUMENTO XXIX.

Ex eodem fasciculo fol. 116.

IN SENISIO.

GOffridus Caronellus de eadem terra iuratus, & interrogatus, si sciret nomina & cognomina Baronum, & pheodatariorum, qui sunt in dicta terra ex pertinenciis suis, & quas terras & bona pheudalia habent, vel tenent, & cuius sint annui redditus, & proventus per partes, & menbra, dixit quod sic in causa scientie, dixit quod nullus Comes; Baro, vel pheodotarius est in terra predicta, & pertinenciis suis, nisi tantum dominus Riccardus predictus, qui est dominus ipsius terre, cuius terre redditus, & proventus valent annuatim secundum magis vel minus ad generale pondus auri ———— unc. XXXIIII.

Divisis ipsis unciis per membra iurium, reddituum, & proventuum ipsius terre, & tenimenti sui, particulariter in in hunc modum &c.

Bancum iustitie ———— auri un. VIII
Ius masceli ———— auri un. VII
Redditus unius furni ———— auri un. V
Redditus messorum estraneorum ———— auri un. II
Redditus glandagii nemorum ———— auri un. XII

Interrogatus, si sciret, quod aliqua alia iura, redditus, & proventus essent in dicta Terra . . . . dixit, quod nulla alia iura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis . . . . plenam notitiam; scientiam, & conscientiam, ut proximus, & oriundus de terra . . . . dominus Riccardus in pertinenciis dicte terre vineam unam, cuius vinum non ven. . . . . et necessarium pro usu dicti domini et familie sue, cujus vinee . . . . deductis singulis expensis ex eadem valent annuatim . . . . generalem salmam, quod vinum extimat valere ad rationem . . . . sal-

. . . . , *ſalmam ad generale pondus* . . . . .

Habet etiam in pertinenciis dicte terre molendina duo de aqua , ... *valent annuatim eidem Domina Riccardo ad generalem ſalmam* . . . . *ſecundum magis & minus* , *quod frumentum ſi venderetur* . . . . , *pro quolibet ſalma ipſius frumenti ad generale pondus auri* .

——————————————— *unc.* VI & *tar.* VII ÷

Annui redditus, & *proventus predicte terre*, *computato vino predicte vinee* , & *frumento predictorum molendinorum*

——————————————— *auri unc.* XLI. & *tar.* VIIII. ÷

Andreas Zappalima iuratus , & *interrogatus ſuper predictis capitulis*, *dixit per omnia ut proximus*.

Corradus de Caſali iuratus, & *interrogatus ſuper omnibus capitulis*, *dixit per omnia ut proximus*.

Iohannes de Sire Nicolao iuratus , & *interrogatus ſuper omnibus capitulis* , *dixit per omnia ut primus*.

Rao Bardarius iuratus , *et interrogatus ſuper omnibus capitulis* , *dixit per omnia ut primus* .

Bibianus magiſter iuratus , *et interrogatus ſuper predictis capitulis*, *dixit per omnia ut proximus*.

Iudex Rogerius iuratus , *et interrogatus ſuper omnibus capitulis*, *dixit ſe ſcire per auditum ut proximus* .

Iudex Hugo iuratus , & *interrogatus ſuper omnibus capitulis predictis* , *dixit ut proximus* .

Notarius Philippus iuratus, *et interrogatus ſuper omnibus predictis capitulis dixit ſe neſcire* .

Notarius Palagarius iuratus , *et interrogatus ſuper omnibus capitulis* , *dixit ſe nihil ſcire* .

Magiſter Nicolaus fab. iuratus, *et interrogatus ſuper omnibus capitulis* , *dixit ut primus teſtis* .

Magiſter Coſta iuratus , *et interrogatus ſuper predictis capitulis*, *dixit ſe nihil ſcire* .

Rogerius Pincius iuratus, *et interrogatus ſuper predictis capitulis* , *dixit ſe nihil ſcire* .

DO-

DOCUMENTO XXX.

Ex eodem Fasciculo fol. 117.

IN BACTIFARANO.

Basilius de Abbate iuratus, et interrogatus, si sciret nomina, et cognomina Comitum, Baronum, et pheodatariorum, qui sunt in dicto casali, et pertinenciis eius, et quas terras, et bona pheudalia . . . . vel tenent, et cuius sint annui redditus, et proventus per partes, et membra, dixit quod sic . . . . dixit quod nullus comes, baro, vel pheodotarius est in ipsa terra, seu casalij . . . . . . suis, nisi tantum Monbertus, qui est dominus ipsius casalis, cuius casalis redditus, et proventus . . . . . annuatim secundum magis, et minus ad generale pondus . . . . .

Divisis ipsis unciis per membra iurium, reddituum et proventuum . . . . sui particulariter in hunc modum etc.

Bancum iustitie auri ——————— *tar.* . . . . . .

Proventus terragiorum auri ——————— *tar.* . . . . . .

Redditus glandagii nemorum auri ——— *unc.* . . . .

Interrogatus, si sciret, quod aliqua alia iura, redditus, et proventus . . . . suis, dixit quod nulla iura, redditus, et proventus sunt . . . . de hoc habet plenam noticiam, scientiam, et conscientiam ut . . . .

Habet tam predictus dominus in pertinenciis dicti casalis . . . . deputatum, et necessariam pro usu dicti domini, et familie suo, cuius vinee redditus, et proventus, deductis singulis expensis ex eadem, valent annuatim vini salmas XV, quod vinum extimat valere ad rationem de tarenis duobus pro qualibet salma ad generale pondus auri ——————————— *unc.* I

Habet etiam dictus dominus in pertinenciis dicti casalis terras laboratorias, in quibus facit laborari cum uno aratro, quarum terrarum redditus, et proventus annuatim valent se-

ſecundum magis, et minus frumenti ſalma XV, quod frumentum extimat valere ad rationem de tribus et granis quindecim pro qualibet ſalma ipſius frumenti ad generale pondus anri unc. I *et tar.* XXVI *gr.* V.

Annui redditus, et proventus ipſius caſalis computato vino dicte vinee, et frumento dictarum terrarum auri unc. IIII *& tar.* XXVI *gr.* V.

Iudex Rogerius burgenſis, iuratus, & interrogatus ſuper predictis capitulis, dixit per omnia ut proximus.

Iohannes Mollanus iuratus, & interrogatus ſuper predictis capitulis, dixit per omnia ut proximus.

Rogerius de bactibarono iuratus, & interrogatus ſuper predictis capitulis, dixit ſe nihil inde ſcire.

Conſtantinus iuratus, & interrogatus ſuper predictis capitulis, dixit ut proximus.

Reynaldus de Noba iuratus, & interrogatus, ſuper omnibus capitulis, dixit ut primus teſtis.

Petrus de colubrario iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit ut proximus.

Iohannes de Maria iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit ut primus teſtis.

DO-

DOCUMENTO XXXI.

Ex eodem Fasciculo fol. 118. a t.

IN RUBEO.

Gilibertus de Amato iuratus , & interrogatus , si sciret nomina & cognomina Comitum, Baronum , & pheodotariorum, qui sunt in dicta terra , & pertinenciis suis, & quas terras, & bona pheudalia habent, vel tenent, & cuius sint annui redditus , & proventus per partes & membra ; dixit quod sic in causa scientie , dixit , quod nullus comes , Baro , vel pheodotarius est in terra predicta , & pertinenciis suis, nisi tantum Ampollonius de Rubeo , qui est dominus ipsius casalis, cuius casalis redditus , & proventus valent eodem Ampollonio secundum magis & minus ad generale . . . pondus . . . auri — unc. VIII

Divisis ipsis unciis per menbra iurium , rudditum , & proventuum ipsius terre , & tenimenti sui particulariter in hunc modum videlicet ,

Bancum iustine auri ——— un. I
Proventus unius molendini auri —— un. II
Terragia ipsius casalis auri ——— un. II
Proventus glandagii nemorum auri — un. III.

Interrogatus si sciret , quod aliqua alia iura , redditus , & proventus essent in dicta terra , & pertinenciis suis , dixit quod nulla alia iura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis eius, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus & oriundus de terra predicta .

Habet tamen dictus Ampollonius in pertinenciis dicti casalis vineam unam , cuius vinum non venditur , quia est deputatum, & necessarium pro usu dicti domini , & familie sue , cuius vinee redditus, & proventus , deductis expensis ex ea , valent annuatim secudum magis & minus vini salmas XV ; quod vinum extimat valere ad rationem de ta-

tarenis duobus pro qualibet ſalma . . . . ad generale . . . pondus auri ——————— unc. I

Habet etiam dictus Ampollonius in pertinenciis eiuſdem terre terras laboratorias, in quibus facit laborari cum uno aratro ſuo, quorum redditus, & proventus valent annuatim, quanno laborantur ad generalem ſalmam frumenti ſalmas XV. ſecundum magis & minus, quod frumentum extimat valere ad rationem videlicet de tarenis tribus, & granis quindecim pro qualibet ſalma auri - un. I & t. XXVI. & g.V.

Annui redditus, & proventus dicti caſalis, computao vino dicte vinee, & frumento dictarum terrarum ad generale pondus ——————— unc. X tar. XXVI. gr. V.

. . . . de Rotunda Baiulus ipſius terre iuratus, & interrogatus ſuper omnibus capitulis, dixit ut proximus . . . . . . met, emit cabellam baiulationis ipſius terre anno preſenti cum ſupradictis . . . . . . pecunie quantitate.

. . . . . , . & interrogatus ſuper predictis capitulis, dixit idem per omnia ut proximus . . . . lus.

. . . . predictis capitulis, dixit idem per omnia ut proximus.

. . . . ſuper predictis capitulis dixit per omnia ut proximus;

. . . . interrogatus ſuper predictis dixit per omnia ut proximus.

. . . . ſuper predictis capitulis dixit ſe nihil ſcire.

. . . . de ſuper predictis capitulis dixit ſe nihil ſcire.

. . . . ſuper predictis omnibus capitulis, dixit per omniaut primus teſtis.

DO-

DOCUMENTO XXXII.

Ex eodem Fasciculo fol. 119.

IN COLUBRANO.

Basilius Rubeus iuratus, & interrogatus, si sciret nomina & cognomina Comitum, Baronum, & pheodotariorum, qui sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & quas terras & bona pheudalia habent, vel tenent, & cuius sint annui redditus, & proventus per partes, & membra; dixit quod sic in causa scientie; dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheodotarius est in terra predicta, vel pertinenciis eius, nisi tantum dominus Eustasius, qui est dominus, ipsius terre, cujus terre redditus, & proventus valent eidem domino Eustasio secundum magis & minus ad generale pondus auri ——————— *un.* XXXIIII.

Divisis ipsis unciis per membra iurium, & proventuum ipsius terre, & tenimenti sui particulariter in hunc modum videlicet.

Bancum iustitie auri ——————— *un.* IIII
Proventus terragiorum ejusdem terre auri —— *un.* X
Proventus glandagii nemorum ipsius terre —— *un.* X.

Interrogatus si sciret, quod aliqua alia iura, redditus, & proventus essent in dicta terra, & pertinentiis suis; dixit quod nulla alia iura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus, & oriundus de terra predicta.

Habet tamen predictus dominus in pertinenciis dicte terre tertas laboratorias, in quibus facit laborari cum duobus aratris suis, quaram terrarum redditus valent eidem domino annuatim, quando laborantur ad generalem salmam frumenti salmas XXX. secundum magis & minus, quod frumentum extimat valere ad rationem de tarenis tribus & granis quindecim qro qualibet salma frumenti ad generale pon-

dus

dus auri ———————— *unc.* III & *tar.* XXII ÷
Habet etiam predictus dominus in eadem terra furnos tres, quorum proventus valerent eidem dem domino, si venderentur in cabellam ad generale pondus auri ———— *unc.* IIII
Habet etiam in pertinenciis dicte terre vineas dua,. quorum vinum non venditur, quia est deputatum, & necessarium pro usu dicti domini & familie sue, quarum vinee redditus, deductis ex pensis ex eisdem, valent annuatim secundum magis, & minus vini salmas XX, quod vinum extimat valere ad rationem de tarenis duobus pro quolibet salma ad generale pondus auri ———— *un.* I & . .
Annui redditus, & proventus dicte terre, computato redditu dictorum furnorum, frumento dictarum terrarum, & vino dictarum vinearum auri —— *unc.* XXXIII. *tar.* I. ÷
Iohannes de Iudice Riccardo iuratus, & interrogatus super predictis omnibus capitulis, dixit idem per omnia ut proximus; & addidit, quod ispemet emit cabellam baiulationis ipsius terre a dicto domino pro predicto . . . . cum membris predictis presenti anno septime Indictionis.
Rogerius de Iudice Iohannes iuratus, & interrogatus super omnibus predictis capitulis . . . . . .
Berardus filius Iohannis iuratus, & intrrrogatus super omnibus predictis capitulis . . . .
Mattheus de Iudice Raynaldo iuratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit . . . . .
Judex Alexander iuratus, & interrogatus super omnibus predictis capitulis, dixit . . . . .
Iudex Philippus iuratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit ut . . . . . .
Iudex Guillelmus de Iudice Rogerio iuratus, & interrogatus super predictis capitulis . . . . .
Basilius Brunus iuratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit se . . . . .
Goffridus de Iudice Leone iuratus, & interrogatus super precapitulis . . . . . .

 Guil-

Guillelmus Brunus iuratus, & interrogatus super premissis, dixit se nihil scire.

Iohannes frater eius iuratus, & interrogatus super premissis omnibus capitulis, dixit ut primus testis.

Magister Iacobus Riccardo iuratus, & interrogatus super omnibus predictis capitulis, dixit per omnia ut proximus.

Magister Barisarius iuratus, & interrogatus super premissis omnibus, dixit se nihil scire.

Magister Johannes Barberius iuratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit per omnia ut primus testis.

DOCUMENTO XXXIII.

Ex eodem Fasciculo fol. 119. at.

IN FABALE.

POsanius habitator ejusdem casalis juratus, & interrogatus, si sciret nomina, & cognomina Comitum, Baronum, & pheodotariorum, qui sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & quas terras, & bona pheudalia babent, vel tenent, & cujus sint annuj redditus, & proventus per partes, & membra, dixit quod sic in causa scientie, dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheodatarius est in terra predicta, & pertinenciis ejus, nisi tantum Rogerellus, qui est dominus ipsius terre, cujus terre redditus, & proventus valent eidem Rogerello secundum magis & minus ad generale pondus auri.

Divisis ipsis unciis per membra jurium, reddituum, & proventuum ipsius terre, & tenimenti sui particulariter in hunc modum &c.

Bancum justitie auri ——— *tr.* X
Molendinum unum auri ——— *tr.* XX
Redditus glandagij nemorum auri —— *un J. et tr.* X
Redditus terragiorum auri ——— *tr.* XX

Interrogatus si sciret, quod aliqua alia jura, redditus, & proventus essent in dicta terra, & pertinenciis suis; dixit quod nulla alia jura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinencijs suis, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus & oriundus de terra predicta.

Habet tamen predictus Rogerellus vineam unam, cujus vinum non venditur, quia est deputatum, & necessarium pro usu dicti domini, & familie sue, cujus vineæ redditus, & proventus, deductis expensis ex eadem, valent annuatim secundum magis & minus vinj salmas X, quod vinum exstimat valere ad rationem de tarenis duobus pro

 qua-

qualibet salma ad generale pondus auri ——— tr. XX
Annui redditus, & proventus dicte terre, computato vino dicte vinee ad generale pondus auri unc. III *& tr.* XX

. . . . *& interrogatus super predictus omnibus capitulis, dixit se interfuisse, quanno predictus* . . . . *bajulationis ipsius terre a dicto Rogerello anno presenti cum supradictis membris.*

. . . . *de aliis capitulis, dixit ut primus testis, excepto quod non fuit baiulus.*

. . . . *et interrogatus super predictis capitulis, dixit ut proximus.*

. . . . *interrogatus super predictis capitulis, dixit ut proximus.*

. . . . *juratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit ut proximus.*

. . . . *et interrogatus super predictis capitulis, dixit se nihil scire.*

. . . . *super predictis capitulis dixit se nibil scire.*

. . . . *super predictis capitulis dixit ut primus testis.*

. . . . *super predictis capitulis dixit ut proximus.*

. . . . *capitulis dixit se nibil scire.*

DO-

DOCUMENTO XXXIV.

Ex eodem fasciculo fol. 120.

IN NUCARIA CUM CASALIBUS.

GUillelmus de Sire Candido juratus, & interrogatus, si sciret nomina & cognomina Comitum Baronum, & pheodatariorum, qui sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & quas terras & bona pheudalia habent, vel tenent, & cujus annui redditus, & proventus per partes & membra; dixit quod sic . . . . scientie; dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheodatarius est in terra predicta, & pertin. . . . . tantum Frederikus de Tarsia, qui est dominus ipsius terre, & casalium, cujus terre & . . . . . valent eidem Fderico secundum magis & minus ad generale pondus . . . .

Divisis ipsis unciis per membra jurium, proventuum, & redditum . . . . & tenimenti sui particulariter in hum modum, videlicet.

Bancum justicie auri	*un.* I
Platea consueta auri	*un.* III
Redditus jurnalium messorum extraneorum auri	*un.* III
Redditus affidaturarum auri	*un.* II
Redditus terragiorum auri	*un.* . . .
Redditus glandagij nemorum auri	*un.* . . .

Interrogatus si sciret, quod aliqua alia jura, redditus, & proventus essent in dicta terra & pertinenciis suis; dixit quod nulla alia jura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus & oriundus de terra predicta.

Habet tamen predictus Fredericus in pertinenciis ejusdem terre, & casalium vineam unam, cujus vinum non venditur, sed est necessarium & deputatum pro usu dicti domini, & familie sue; cujus vinee redditus, & proventus, deductis ex-

expensis ea ea, valent annuatim eidem Frederico ad generalem salmam vinj salmas XV. secundum magis & minus, quod vinum exstimat valere ad generale pondus un. I Ad rationem videlicet de tarenis duobus pro qualibet salma vini predicti.

Habet etiam in eadem terra furnum unum, cujus proventus valent sibi ad generale pondus ——— *un.* II. *secundum magis & minus.*

Habet etiam in pertineneiis ejusdem terre molendinum unum de aqua, cujus proventus, & redditus valent annuatim eidem Frederico ad generalem salmam frumenti salmas XXX secundum magis & minus, quod frumentum existimat valere ad rationem de tarenis tribus & granis quindecim pro qualibet salma ad generale pondus auri ——— *un.* III *& tar.* XXII ÷

Habet etiam dictus Fredericus in dicto casali, quod dicitur Canne jardenum unum cum arboribus de arangiis, & aliis pomis, proventus cujus jardeni possunt valere annuatim eidem Frederico ad generale pondus ——— *un.* II *secundum magis & minus.*

Annui redditus, & proventus dicte terre, & casalium, computato vino dicte vinee, redditus dicti furnj, proventus dicti molendini, & proventus dicti iardenj ad generale auri ——— *un.* XX VIII *& tar.* XXII ÷

Johannes de Dompna Persia iuratus, & interrogatus super omnibus predictis capitulis, dixit per omnia ut proximus, & addidit, quod ipsemet emit cabellam bajulationis ipsius terre anno presenti cum supradictis membris, cum supradicta

cta pecunie quantitate a Castellano predicti Frederici de Tarsia.

Nicolaus de Pietro Paulo juratus & interrogatus super omnibus capitulis, dixit idem per omnia, ut proximus testis socius ejus.

Magister Guillelmus de caragemma juratus, & interrogatus super omnibus capitulis; dixit per omnia ut proximus, excepto quod non fuit baiulus.

. . . . de iudice juratus, & interrogatus super omnibus capitulis; dixit idem per omnia ut proximus.

. . . . de Archipresbitero juratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit ut proximus.

. . . . et interrogatus super predictis capitulis, dixit se nihil scire.

. . . . et interrogatus super omnibus predictis capitulis, dixit per omnia ut primus testis.

. . . . juratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit per omnia proximus.

. . . . juratus, & interrogatus super omnibus capitulis, dixit se nihil scire.

. . . . et interrogatus super predictis capitulis, dixit idem per omnia ut Notarius Robertus.

. . . . interrogatus super predictis capitulis, dixit se nihil scire.

. . . . & interrogatus super predictis capitulis, dixit per omnia ut primus testis per auditum.

. . . . juratus, & interrogatus super predictis capitulis, dixit per omnia ut proximus.

DOCUMENTO XXXV

Ex Fasciculo 59. fol. 76.

IN LAQUEDONIA.

Die XXII. ejusdem Decembris VI Indictionis Castrum Laquedonie situm in eadem terra cum diversis salis, cameris, coquina, cappella Sancte Marie & stabulis.

Jus banci iusticie cum iuribus, & aliis rationibus suis, valens auri	un. I t. XV
Jus jornalium metitorum advenarum, qui tempore messium in eadem terra veniunt ad metendum, quod est ut quilibet ipsorum teneatur tantum dietam unam Curie exhibere auri	un. VIIII
Jus plateatici & bonoratici auri	un. VIIII
Jus buczarie auri	un. I t. X
Jus cambj	t. VII g. X
Jus terragiorum, quod solvitur a quibuscumque seminare volentibus in marina, & pertinenciis ejusdem castri, quod est videlicet, unusquisque qui ibidem seminaverit, teneatur solvere Curie medietatem seminis auri	un. VIIII
Jus fidanciarum, pascuorum, & aliorum animalium in predicta matina pascentium auri un.	I t. XX
Jus fidanciarum, & pascuorum nemoris, quod dicitur Maula focacia de pertinenciis dicti castri iuxta fines vallonis Sancte Marie, & vallonis Bisaccie, & iuxta viam pubblicam nemoris, & alterius nemoris, quod vocatur Rosilia de pertinenciis ejusdem castri juxta fines vallonis de Gripticellis, & juxta ratam auri	un. II t. XV

Bona stabilia ejusdem castri.

Furnus unus constructus in domo sita in eadem terra prope do-

domum Riccardi de Gemmatica, cujus proventus valent communiter annuatim auri — un. I t. XV

Casale unum situm in eadem terra iuxta domum domini Macthei Bdecte, cujus proventus nulli sunt pro eo, quò in totum dirutum est; & discopertum.

Cripta una sita subtus predictum castrum, cujus nulli sunt proventus, sed in ea reponitur vinum Curie.

Vinea una, ubi dicitur Sancta Trinitas juxta viam publicam, & juxta vineam Ecclesie Sancte Trinitatis, cujus proventus consistunt in vino tantum, de qua provenire possunt communiter annuatim cum expensis Curia musti salmas quinquaginta valentes communiter ad rationem de tarenis duobus, & granis decem per salmam auri ———— un. IIII t. V

Summa summarum totius predictis redditus auri ———— un. XXXVIIII t. XXVII gr. X

Inde describuntur bona mobilia, que inventa sunt in castro predicto.

DOCUMENTO XXXVI.

Eu eodem Fasciculo fol. 79.

IN CASTRO MONTIS VIRIDIS,

Castrum Montis Viridis situm in eadem terra in parte dirutum, & fractum cum salis, cameris, cappella, & stallis.

Jus banci justitie cum forfacturis Baronis, & aliis racionibus suis valens auri	*un.* IIII
Jus platee auri	*un.* V *t.* XV
Jus buczarie, honoratici & cambii auri	*un.* I *t.* XV
Jus jornalium metitorum advenarum, qui tempore messium in eadem terra veniunt ad metendum, quod est ut quilibet ipsorum teneatur dietam unam Curie exhibere auri	*unc.* VIIII *t.* XV
Jus fidanciarum, pascuorum, & forestagii nemorum auri	*un.* V
Jus casei lactis, quod a pastoribus oves, & vaccas suas in territorio dictis castri pascentibus, quod est ab unaquaque ipsarum, recipitur totum lac, & caseus, qui ex animalibus ipsis uno die emungitur, & percipitur auri	*un.* *t.* XV
Jus terragiorum, quod solvitur a quibuscumque seminare volentibus in matina, & pertinanciis ejusdem castri, quod videlicet unusquisque, qui ibidem seminaverit, teneatur solvere curie medietatem seminis auri	*un.* V

Bona stabilia ejusdem Castri

Furnus unus constructus in domo sita in eadem terra prope domum, ——— cujus proventus valent communiter annuatim auri	*tar.* XXII *gr.* X

Vi-

Vinea una cum uno jardino sita prope dictam terram Montis Viridis, juxta fines terre cum vinea de Alano, & juxta fines vinee Helisa de Aurubella, cujus proventus consistunt in vino tantum, de qua provenire possunt communiter annuatim cum expensis Curie musti salmas sexdecim, valentes communiter ad rationem de tarenis duobus, & granis decem per salmam, auri — un. I tar. X

Vinea una sita in loco, ubi dicitur a lu Canale iuxta vineam Sancte Marie de Monte viridi, & iuxta vineam Francisci Judidicis Petri, cujus proventus consistunt in vino tantum, de qua provenire possunt comuniter annuatim expensis Curie musti salmas viginta, valentes comuniter ad rationem de tarenis duobus & granis 10 *per salmam, auri* ——— un. II t. XV

Sedium unius centimoli cum una mola situm in predicto castro, cujus proventus nulli sunt, pro eo quo necessaria omnia ad molendum deerant, excepta mola predicta.

Summa predicte pecunie auri —— un. XXXVII t. II gr. X

Inde describuntur bona mobilia in eodem Castro inventa.

DO-

DOCUMENTO XXXVII.

Ex eodem fasciculo fol. 80.

IN PETRA PALUMBA.

Castrum Petri Palumbe ib totum dirutum in lapide, qui dicitur Petra Palumba in quo sunt domuncule tres terraneæ.

Jus banci iustitie cum iuribus, & aliis rationibus suis, valens auri ——	*t.* II *gr.* X
Jus fidanciarum pascuorum auri ——	*un.* II *t.* XV
Jus terragiorum, quod solvitur a quibuscunque seminare volentibus in Marina, & pertinenciis eiusdem castri, quod est unusque, qui ibidem seminaverit, teneatur solvere Curie medietatem seminis auri ——	*un.*XII *t.*XII *gr.*X
Bona stabilia eiusdem Castri	
Sedium unius molendini siti in loco, qui dicitur Laufidu, cuius proventus ad presens nulli sunt, pro eo quo molendinum ipsum in totum devastatum, & destructum est. Tamen si costrueretur decenter & congrue omnibus & singulis oporounis, ut decet, valere posset comuniter annuatim auri ——	*un.* V
Vinea una sita in territorio eiusdem terre iuxta fines terrarum, tenimenti' ipsius Castri, cuius proventus consistunt in vino tantum, de qua provenire possunt comuniter annuatim cum expensis Curie musti salmas quindecim, valentes comuniter ad rationem de tarenis duobus per salmam auri	*un.* I
Sunt autem in predicto castro focularia nominum ——	V
Summa omnium predictorum proventuum auri	*un.* XVI

DO-

DOCUMENTO XXXVIII.

Ex eodem fasciculo fol. 81.

IN BALBANO.

Die XXVI. *eiusdem Decembris* VI. *Indictionis.*

CAstrum Balbani situm in dicta terra in parte dirutum, & fractum cum sala una discoboperta, duabus cameris coboperttis, & cappella.

Jus banci iusticie cum forfacturis, bannis & aliis rationibus suis, valens auri	*un.* II *t.* VII *gr.* X
Jus fidanciarum, pascuorum, & forestagii nemorum auri	*un.* II. *t.* XII *gr.* X
Jus plateatici auri	*un.* *t.* VII *gr.* X
Jus terragiorum, & prati, quod solvitur a quibuscumque seminare volentibus in matina, & pertinenciis eiusdem Castri, quod unusquisque qui ibidem seminaverit, teneatur solvere Curie tertiam partem fructuum provenientium ex eis, prout melius annis singulis cum laboratoribus conveniri potest auri	*un.* VI

Bona stabilia eiusdem Castri.

Vinea una de demanio Curie iuxta vineam Joannis de Alecto, & iuxta vineam Luce de Falco, & aliorum, cuius proventus consistunt in vino tantum, de qua provenire possunt comuniter annuatim cum expensis Curie musti salmas vigintiquatuor, valentes comuniter ad rationem de tarenis duobus, & granis decem per salmam auri	*un.* II.

Item vinea, una de demanio Curie sita, ubi dicitur a la Vigna de Brayda, iuxta vivineam Berardi Magistri Nicolai, & iuxta vineam Angeli de Pace, & aliorum,

cu.

cuius proventus in vino tantum, de qua provenire possunt, comuniter annuatim cum expensis Curie musti salmas triginta, valentes comuniter annuatim ad rationem predictam de tarenis duobus, & medio per salmam auri ———————————— *un.* II *t.* XV

Describuntur deinceps redditus, quos aliqui homines eiusdem Castri dare tenentur Curie annuatim pro terris, & aliis possessionibus, quas tenent in eodem Castro, & eius pertinentiis in festo Sancte Marie de mense Augusti, & deinde redditus musti, quod dare tenentur aliquis homines ejusdem Castri tempore vindemiarum, & denique bona mobilia inventa in supradicto Castro.

DO-

DOCUMENTO XXXIX.

Ex eodem fasciculo fol. 87.

IN TERRA LABORIS.

AUctoritate mandati regii eidem magistro procuratori directi de revocanda ad manus Curie medietate Civite Nove, qua Dominus Petrus Nodoylis miles in manibus Regie Curie resignavit pro excambio sibi dato, revocata est ad manus Curie per judicem Philippum Caradonum de Isernia vice-procuratorem Curie in Comitatu Molisij.

Medietas Civite nove cum hominibus, possessionibus, juribus, & rationibus infrascriptis, videlicet.

Domibus duabus in capite ipsius castri, ubi dominus dicte medietatis babitabat, nullius fructus ad presens conductorum defectu.

Jure banci justicie —— auri —————— tar. III

Pecia terre una in territorio dicti castri in loco ubi dicitur Porta iuxta terram Sancti Laurentii, & vineam Roberti de Rocca, capacitatis in semine frumenti thuminos viginti, cujus proventus consistunt in victualibus, & datur ad laborandum ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contigentem provenire possunt comuniter, quanto seminatur frumento frumenti thuminos. XVI, valentes ad ratione de granis X per tuminum, auri —————— tar. VIII

Pecia terre una, que dicitur Cormale in dicto territorio iuxta flumen, & terram Luce capacitatis thuminos frumenti decem, cujus proventus consistunt in victualibus, & datur ad laborandum ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contingentem provenire possunt communiter, quando seminatur

tur frumento. thuminos VIII. *valentes ad rationem predictam auri*, ———— *tar.* IIII

Pecia terre una in dicto territorio iuxta casale Sancti Stephani, & iuxta flumen capacitatis seminis frumenti thuminos duodecim, cujus proventus consistunt in victualibus, & datur ad laborandum ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contingente provenire possunt comuniter, quando seminatur frumento frumenti thuminos XIIII, *valentes ad dictam rationem, auri* ———— *tar.* VII

Pecia terre una in dicto territorio iuxta terram Ecclesie Sancte Lucie, & iuxta flumen capacitatis seminis thuminos viginti, cuius proventus consistunt in victualibus, & datur ad laborandum ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contingente provenire possunt comuniter, quando seminatur frumento frumenti, thuminos XVI *valentes ad dictam rationem, auri* ———— *tar.* VIII

Pecia terre una in dicto territorio in loco, ubi dicitur Plana iuxta terram Johannis Raynaldi, & terram Johannis de Roma, capacitatis in semine thuminis frumenti octo, cuius proventus consistunt in victualibus, & datum ad laborandum ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contingentem provenire possent comuniter, quando seminatur frumento frumenti thuminos X, *valentes ad dictam rationem, auri* ———— *tar.* V

Pecia terre una, que vocatur tenimentum Nicolai de Sancto Acapito capacitatis thuminos frumenti vigintiquinque, cuius proventus consistunt in victualibus, & laboratur ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contingente provenire possunt comuniter,

quan-

quando ſeminatur frumento thuminos frumenti XVIII *valentes ad dictam rationem, auri* ——— *tar.* VIII

Molendino uno iuxta ipſum caſtanetum in flumine, quod vocatur Pinxi, valens communiter thuminos de grano, XL *valentes ad dictam rationem, auri* ——— *tar.* XX

Et prebende thuminos XX. *valentes grana auri quinque per thuminum, auri* ——— *tar.* V

Fornacia una pro faciendis paraſidibus iuxta dictum molendinum, que valet Curie ſcutelle de ligno decem, valentes, auri ——— *gr.* III

Vinea una subtus ipſum castrum ſine arboribus, que deſtructa iuxta vineam Galterij de Planicio, & vineam Petri venatoris ad colendum ad tertiam Curie, de qua parte Curie contingente provenire poſſunt communiter annuatim barrilia de muſto ſex, valentia ad rationem de granis IIII *pro barile, auri* ——— *tar.* I *gr.* IIII

Vinealj uno in loco, qui dicitur vicitore, iuxta terram Riccardj de Venafro, & terram Galderii de Mactheo, capacitatis ſeminis frumenti thumini unius, cuius proventus conſiſtunt in victualibus, & datur ad laborandum ad quintam partem Curie, de qua parte Curie contingentem provenire poſſunt communiter, quando ſeminatur frumento frumenti thuminum I. *Valens ad dictam rationem auri* ——— . . . . *gr.* X

Reddititibus hominum ſubſcriptorum, quos ſubſcripti vaſſalli tenentur facere in ſubſcriptis feſtivitatibus &c.

Deſcribuntur deinceps nomina reddentium in Natale Domini, Paſca, & in feſto Sanctæ Mariæ de menſe Auguſti.

DOCUMENTO XL.

Ex fasciculo 8 fol. 13.

IN MONOPOLO

Cabella baiulationis dobane, & fundici Monopoli cum banco iusticie . . . . . consueta jure ferri, azari, iure ancboratici, jure fundici . . . . iure olei, casei, & carnium sallitarum; iure fete; iure buczarie C. . . . . cambij jure silve, seu foreste . . . . & omnibus consuetis, & debitis. Ju . . . . & rationibus suis, cum quibus hactenus et . . . . proximo preterito XIIII *indictionis . . . . cata & exercita fuit, locata est pro eodem anno* X. *indictionis Goffrido Buchinarra de Baro ad generale pondus pro auri unciis ducentis decem.*

Solvendis Curie, vel cuj Curie solvj mandaverint in bunc modum videlicet, per totum mensem februarij ejusdem anni unc. sexaginta, & abinde in antea reliqua quantitate de mense in mensem pro rata sicut acciderit. Ita quod in fine undecimi mensis eiusdem anni nichil inde Curie remaneat ad solvendum.

Nulla ex computatione per eos Curie opponendam et cetera.

Non ammovendis post triduum ab eadem cabella minoris augumento unc. quindecim, promissa sibi quarta.

Johannes de Peregrino de Trano augumentavit eandem cabellam sub predictis pactis, & conditionibus in auro —— unc. quindecim,

Non ammovendis post triduum minoris augumento unc. quindecim promissa sibi quarta.

Constantinus Caziolus de Franco augumentavit eandem cabellam sub predictis pactis, & conditionibus in auri —— unc. decem.

Non ammovendis post triduum minoris augumento unc. quindecim, promissa sibi quarta,

Pe-

Petrus Coppula de Trauo augumentavit eandem cabellam sub predictis pactis, & conditionibus in auri ——— unc. quindecim . . . . minori augumento unc. auri sedecim pro . . . .

Et sic facta summa de predicta priori ——— locatione, & ipsis additibus eadem cabella remansit super predictum Petrum Coppulam ultimum lici . . . . generale pondus pro auri ——— unc. ducentis quinquaginta .

Introitus predicte pecunie

Receperunt dicti secreti a predicto cabelloto, tam per manus eorum, quam diversorum nunciorum suorum per diversas vices, & tempora, computata pecunia quam ad diversa mandata solvit ad generale pondus ——— unc. C. XLV. *Adduntur etiam pro predicta rata, que requiruntur ab eis un.* X.

DOCUMENTO XLI.

Ex eodem Fasciculo fol. 25.

In honore Montis Sancti Angeli . . . . Comitatus Alexine, & Terre . . . . Andrie.

IN ANDRIA

Cabella Baiulationis Andrie cum banco iusticie.
Jure . . . . . . cambii iure bucharie . . . .
Jornalium iure forestagii consueto iure . . . . . iure fundicorii cum . . . . deris & cum omnibus aliis iuribus, & rationibus suis ad eandem cabellam spectantibus, cum quibus hactenus, & specialiter anno proximo preterito XIIII Indictionis locata, & exercita fuit, locata est pro toto eodem anno XV Indictionis. Riccardo de Ripa de Andria ad generale pondus pro unciis centumquinquagintaquinque.
Solvendis Curie, vel cui Curie solvi mandaverit de mense in mensem pro rata, sicut acciderit. Ita quod in fine undecimi mensis eiusdem anni . . . . inde Curie remaneat ad solvendum nulla excomputacione Curie proponenda per eum &c.
Non amovendis ab eadem cabella post triduum minori augmento unciarum auri quindecim promissa sibi quarta.
Judex Johannes Citus, & Judex Petrus de eadem terra Andrie augmentaverunt eandem cabellam sub predictis pactis, & condicionibus in unciis quindecim.
Non amovendis post triduum minori augmento ab eadem cabella unc. quindecim promissa est quarta.
Et sic predicta prima locatione, & ipsis additis in una summa redactis eadem cabella remansit super predictos iudicem Johannem Citum, & judicem Petrum ultimis licitatoribus ad generale pondus pro unc. centum septuaginta.

In-

Introitus predicte pecunie.

Receperunt dicti secreti a predictis cabellis per diversas vices, & tempora, tam per manus eorum, quam diversorum nunciorum suorum, computata pecunia soluta per eos castellanum Sacte Marie de Monte ad mandatum secretorum ipsorum ad generale pondus ——— *un.*C.XXIIII *t.* V

Adduntur pro rata predicta, que similiter requiruntur ab eis ——— *un.* III *t.* X

DOCUMENTO XLII.

Ex eodem Fasciculo fol. 25. a t.

. . . . n terra Montis Sancti Angeli . . . . terra Montis Sancti Angeli cum banco iustitie . . . . cum iure bucbarie, & fundici cambii tabulorum acrii . . . . et . . . . berbagii Montis Sancti Angeli, foreste prope sanctum . . . . affidature sive plateatici, Matinate, iure bucbarie . . . . cum iure . . . . . . Sancti Johannis rotundi in festo Nativitatis . . . . Dominice plateatici . . . . Manfredonie cum omnibus . . . . bus iuratus, & novis statutis ad Cabellam ipsam spectantibus concessa, & locata . . . . . pro toto eodem anno XV Indictionis, Ricardo Johannis de Pandulfo de eadem terra Montis Sancti Angeli ad generale pondus pro auri unc. octogintaduobus.

Solvendis Curie, vel cui Curie solvi mandaverit in hunc modum videlicet . . . . mensibus eiusdem anni unc. quindecim, sequentibus aliis tribus . . . . unc. quindecim aliis & abinde in antea tota reliqua quantitate de mense in mensem sicut acciderit. Ita quod in fine undecimi mensis eiusdem anni nichil inde Curie remaneat ad solvendum.

Nulla excomputacione per eos Curie proponenda &c.

Non amovendis ab eadem Cabella post triduum minori augumento unciarum decem promissa sibi quarta.

Franciscus Jacobi de Maraldo de eadem terra Montis Sancti Angeli augumentavit eandem cabellam sub predictis pactis, & condicionibus in unc. decem.

Non amovendis post triduum ab eadem cabella minori augumento unciarum decem promissa sibi quarta.

Riccardus Johannis de Pandulfo, Jacobus de Maraldo Carsidoneus de Pissopo, Johannes & Palmerius de sollicito de ea-

eadem terra Montis Sancti augumentaverunt eandem cabellam sub predictis pactis, & condicionibus in auri unc, tribus.

Non amovendis ab eadem cabella post triduum minori augumento un: decem promissa sibi quarta.

Et sic predicta prima locatione, & ipsis additis in unam summam redactis, eadem cabella remansit super predictos Riccardum, Jacobum, Carsidoneum, & Palmerium ultimos licitatores ad generale pondus pro auri unc. nonagintaquinque.

Introitus predicte pecunie.

Receperunt predictis secretis a predictis Cabellotis per . . . . tam per manus eorum, quam diversorum nunciorum suorum computa . . . . ad diversa mandata solverunt ad generale pondus.

Cabella procurationis Montis Sancti Angeli.

Cabella, redditus, & proventus rerum & bonorum demanii procurationis terre Montis Sancti Angeli cum pensionibus domorum Curie in eadem terra, iure festi redditus casalium vinearum, vinealium, olivarum, & aliorum iurium Curie ad eandem Cabellam spectantium locata est pro eodem anno XV Indictionis Angelo de Bartholomeo Stangato, & Petro de Paladino de eadem terra Montis Sancti Angeli ad generale pondus pro unc. una tar. duobus.

Solvendis Curie, vel cui Curie solvi mandaverint de mense in mensem pro rata, sicut acciderit. Ita quod in fine undecimo mensis eiusdem anni nihil inde Curie remaneat ad solvendum.

Nulla excomputatione per eos Curie proponenda.

Non amovendis ab eodem Cabella post triduum minori augumento tar. trium promissa sibi quarta.

In-

Introitus predicte pecunie.

Receperunt predicti secreti a predictis cabellotis per diversas vices & tempora, tam per manus eorum, quam diversorum nunciorum suorum ad generale pondus —— *t.* X

Adduntur pro predicta rata, que similiter requiruntur ab eis —————————— *t.* XIIII

DO-

DOCUMENTO XLIII.

Ex eodem fasciculo fol. 31.

IN BASILICATA. IN MELFIA.

Cabella Baiulationis Melfie cum banco iusticie pla. . . . . Et a Iure bucharie , & cum sepo jure corbiseriorum , iure nemoris . . . . . iure affidature , & herbagii iure fornalium messorum extraneorum , jure cambii , iure fanatorum , & conciaturum ; iure sete & forn. . . . . iura sbuminorum , panocteriorum , panicocularum , falliacoscorum et foll. . . . . . . iure palmenteriorum , et cum omnibus iuribus suis , cum quibus hactenus et spo. . . . . . . anno proximo preterito XIIII. Indictionis locata et exercita fuit , locata est . . . . eodem anno XV. indictionis Gualterio Vaccario , et Johanni de Peregrino de M. . . . . ad generale pondus auri pro unc. centum triginta.

Solvendis Curie , vel cui curie solvi mandavit de mense in mensem pro rata sicut acciderit . Ita quod in fine undecimi mensis eiusdem anni nihil inde Curie remaneat ad solvendum .

Nulla excomputacione per eum Curie proponenda etc.

Non amovendis ab eadem cabella post triduum minori augumento unc. decem promissa sibi quarta .

Introitus predicte pecunie .

Computaverunt dicti secreti predictis cabellotis , quas ad diversa mendata domini Comitis eis facta solverunt diversis personis habentibus certas provisiones super predictam Baiulationem Melfie ad generale pondus -- unc. XCV. *tar.* X

Adduntur pro predicta rata que similiter requiruntur ab eis ———————— *unc.* II. *et tar.* V

DO-

DOCUMENDO XLIV,

Ex eodem fasciculo fol. 42.

IN TARENTO.

Cabella baiulationis dohane, et aliorum subscriptorum iurium in To. . . . . . , premissa subastacione sollempni, et aliis consuetis et . . . . observatis locata est per vicesecretum secretum . . . . . . in terra ydronti, et Basilicate pro toto anno XV. indictionis . . . . . . Judicis Rogerii Comitis Barange Judici lotberis . . . . rimo nigro et . . . . de Taranto, ad generale pondus. . . . . scripta pecunie quantitate etc.

Cabella baiulationis, et dohane Tarenti cum placia consueta; bancum iusticie, penis iuste impositis, et contemptis diurno ludo Aczaro, et fossette penis exigendis, a transgressoribus assisiarum, et utentibus falsis ponderibus, & mensuris cum tercia parte maris parvi, & quarta parte maris magni. Tunnaria & gripo iure meczullorum. Jure pondus; iure fluminis . . . . Jure qualdelle, & omnibus aliis juribus, & rationibus ad eandem cabellam spectantibus pro un. ducentis.

Cabella fundici eiusdem terre cum iure statere, exiture olei casei, carnium sallitarum, nec non cum iure sete, ferri, aczari, & picis, & aliis iuribus ad eandem cabellam spectantibus pro ——— un. quadraginta.

Cabella bucharie, & piscinarie cum iuribus suis ad generale pondus pro auri — un. sedecim.

Cabella procurationis antique cum consuetis, & debitis iuribus, & rationibus suis pro auri —— un. octo.

Cabella curatorie, seu terragiorum eiusdem terre Tarenti ad generale pondus pro auri —— un. duobus.

Cabella Gualde foreste eiusdem civitatis Tarenti ad generale pondus pro auri —— un. viginti.

Cabella Tintorie Tarenti pro auri —— un. duabus.

Et

Et Cabella iuris tributi Judeorum pro ——un. duabus.
Locationis dictarum cabellarum ad generale pondus pro —— ———— unc. ducentis nonaginta.
Predictis itaque unciis ducatis locationis predicte baiulationis, & Dobane divisis per menbra iurium ipsorum in hunc modum.
. . . . atoris, & Dobane cum placia consueta, tercia parte maris parvj, & . . . . maris magni, tunnaria, & gripo pro —— unc. centumquadraginta septem.
. . . . ullorum pro ———— unc. tredecim.
. . . . spontis pro ———— unc. novem.
. . . . us fluminis galesii pro — unc. octo.
Ius Gualdelle pro ———— unc. octo.
Ius banci iusticie cum aliis iuribus ad illud spectantibus pro auri —— unc. duodecim, predictum itaque ius fundici cum predictis iuribus suis pro predictis —— unc. quadraginta.
Predictis itaque unc. sedecim locationis predicte cabelle bucharie, & piscinarie, divisis per menbra in hunc modum videlicet.
Ius bucharie pro ———— un. quatuordecim.
Ius piscinarie pro ———— unc. duabus.
Reliquis autem predictis menbris videlicet, procurationis antique curatoria, seu terragiorum Gualde foreste, Tintorié tibuta iudeorum pro pedictis pecunie quantitatibus, que distincte & particulariter superius continentur.
Solvendis predictis unciis Curie, vel cui curie solvi mandaverit in modum subscriptum videlicet.
Predictis unciis auri ducentis locationis baiulationis, & dobane de mense in mensem pro rata sicut accident.
Predictis unciis quadraginta locationis cabella fundici per totum mensem novembris unc. quatuor, per totum sequentem mensem februarii, aliis unc. quatuor, & a primo sequentis mensis martii inantea de mense in mensem pro rata.
Predictis unc. auri sedecim pro cabella locationis Ca. . . . . narie videlicet per totum mensem novembris unc. duabus . . . . per totum sequentem mensem februa-

rii

rii unc. duabus & media . Et. . . . . mensis madii in antea de mense in mensem pro rata.

Pedictis unc. octo locationis procurationis antique videlicet , de mense ian. . . . . . . una de mense ma. . . . . unc. duabus , & a primo sequentis mensis , ... antea pro rata.

Predictis unc. duabus locationis cabelle curatorie , seu terragiorum de mense . . . . . , . . iulii primo futuri .

Predictis unc. viginti locationis cabelle Gualde foreste , videlicet in festo nativitatis Domini unc. quinque . In festo Sancti Cataldi de mense madii aliis. unc. quinque . Et a primo sequentis mensis augusti , usque ad quintumdecimum eiusdem reliquis unciis auri decem.

Predictis unciis duabus pro predicta cabella Tintorie , & predictis aliis unciis duabus pro predicto iure tributi iudeorum de mense in mensem pro rata , sicut acciderit . Ita quod in fine undecimi mensis ejusdem anni de omnibus predictis quantitatibus, exceptis predictis unciis decem pro predicta cabella Gualde , nihil Curie remaneat ad solvendum .

Nulla ex computacione per eum Curie proponenda.

Non amovendis minori augumento quindecim unciarum promissa sibi quarta .

Introitus predicte pecunie .

R*Eceperunt predicti secreti a predictis cabellotis , tam per manus eorum , quam diversorum nunciorum suorum per diversas vices , computata pecunia per eos ad diversa mandata soluta ad generale pondus —— unc. CCLVII tar. XIII. gr. XVIII.*

DO-

DOCUMENTO XLV.

Ex fasciculo 4. fol. 134.

IN EADEM TERRA GENUSIJ.

JUra, redditus, & proventus defense Genusij, que consistit in pascuis, glandibus, & aquis, locate sunt in cabellam pro eodem anno XIII. *Indictionis per Judicem Riccardum, & Pizulum Bloy tunc piocuratorem Curie in Genusio.*

Alexandro de Dompna Migalda de eadem terra ad generale pondus pro auri unc. quinque.

Solvendis Curie de mense in mensem, de quibus nihil receptum est per predictum magistrum Petrum.

Et sic restant recolligendum pro parte curie ad generale pondus predictis auri: unc. quinque.

DOCUMENTO XLVI.

Ex fasciculo 6. fol. 123.

IN CASTELLUCCIO.

Francus de Latronico juratus, & interrogatus, si sciret nomina & cognamina Comitum, Baronum, & pheudatoriorum, qui sunt in dicta & pertinenciis suis, & quas terras, & que bona pheudalia habent vel tenent, & cuius sint annuj redditus, & valoris per partes & membra; dixit quod sic in causa sciencie, dixit quod nullus Comes, Baro, vel pheudatarius est in terra predicta, nisi tantum domina Septembellita, & domina Rasia sorores, que sunt domine dicte terre Castellucij in capite, cuius terre redditus, & proventus valent annuatim secundum magis & minus ad generale pondus auri ——— *unc.* XXI

Divisis ipsis unciis per menbra jurium, reddituum, & proventuum ipsius terre, & tenimenti suj particulariter in hunc modum videlicet.

Proventus unius molendini aque auri — *unc.* IIII		
Proventus unius bactinderij auri —— *unc.* III		
Jus platbeatici auri ——— *unc.*	*tar.* XV	
Bancum justicie auri ——— *unc.* II		
Redditus jornalium hominum ipsius terre ad metendum segetes ——— *unc.* II		
Redditus forestarie auri ——— *unc.* III		
Redditus terragiorum auri ——— *unc.* I		
Jus affidaturarum, glandium & herbarum auri ——— *unc.* V & *tar.* XV		

Interrogatus si sciret, quod aliqua alia jura, alicuius redditus, & valoris essent in dicta terra, & pertinenciis suis, dixit quod nulla alia jura, redditus, & proventus sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus et oriundus de terra predicta.

Ha-

Habent tam predicte domine in dicta terra, & pertinenciis suis vineas, quarum vinearum vinum non venditur, quia est deputatum & necessarium pro usu dictarum dominarum, & earum familie, de quibus vineis poterunt provenire annuati vinj salmas XXX, quod vinum si venditur, valeret ad rationem de tarenis duobus ponderis generalis per salmam auri ——————— *unc.* II

Annuj redditus, & valoris jurium, & reddituum dicte Terre, compututo vino percipiendo de vineis supradictis ——————— *unc.* XXIII

Describitur deinceps alij testes, qui iurati, & interrogati super premissis omnibus dixerunt idem quod proximus.

DOCUMENTO XLVII.

Ex eodem fascicula fol. 123. a ter.

IN LAURIA.

JOhannes de Magistro Albano juratus, & interrogatus, si sciret nomina & cognomina Comitum, Baronum, & pheodotariorum, qui sunt in dicta terra, & pertinenciis suis, & quas terras, & bona pheudalia habent, vel tenent in dicta terra, & pertinenciis suis, & cuius sint annuj redditus, & valoris per partes & membra, dixit quod sic in causa scientie, dixit quod nullus Comes, Baro vel pheodatarius est in terra predicta, & pertinenciis suis, nisi tantum dominus Jacobus Rogerius Robertus fratres; et Riccardus Nepos qui sunt domini tam terre Laurie, quam terre lacus nigri, cujus terre Laure predicte redditus, & proventus valent annuatim secundum magis & minus ad generale pondus ———— *auri un.* XX

Divisis ipsis unciis per menbra jurium, redditum, & proventuum ipsius terre, & tenimenti ipsius terre particulariter in hunc modum vc.

Proventus unius molendini aque auri —— *unc.* V
Proventus unius battinderj auri ———— *unc.* I
Jus plateatici auri ———— *unc.* I
Jus plantatici auri ———— *unc.* I
Redditus terragiorum auri ———— *unc.* I
Jus banci justicie auri ———— *unc.* II
Jus jurnalium vassallorum hominum ipsius terre ad metendum auri ———— *unc.* IIII
Jus foresterie glandium, herbarum auri —— *unc.* III
Redditus vinearum hominum ejusdem terre auri ———— *unc.* II

Interrogatus si sciret, quod aliqua alia jura alicujus redditus, & valoris essent in dicta terra, & pertinenciis suis, dixit quod nulla alia jura, redditus, & proventus sunt in

in dicta terra & pertinenciis suis, & de hoc habet plenam noticiam, scientiam, & conscientiam, ut proximus & oriundus de terra predicta.

Habent tam predicti domini in dicta terra, & pertinenciis suis vineas, quarum vinearum vinum non venditur, quia est deputatum & necessarium pro usu dictorum dominorum, et eorum familie, de quibus vineis poterunt provenire annuatim vini salmas XL *ad generalem salmam, quod vinum si venderetur, valeret ad rationem de tarenis duobus ponderis generalis per salmam* ——— *unc.* II *& tar.* XX

Annui redditus, & valoris jurium, & reddituum dicte terre, computato vino percipiendo de vineis supradictis unc. XXII, *& tar.* XX.

Describuntur deinceps alii testes, qui iurati & interrogati super premissis omnibus dixerunt idem, quod proximus.

DOCUMENTO XLVIIII.

Ex Fasciculo 87. sub Carolo Secundo fol. 66.
Die VI. Mensis Novembris V. Ind. Castrum Murroni.

Bancus Justicie cum ejus penis, assisiis, bannis juste impositis, & contemptis, valens annuatim ad generale pondus auri ———	*tar. XV*
Jus passagij bestiarum, & pascuorum, quod valere potest comuniter annuatim auri ———	*tar. XV*
Jus platearum, & reddituum vassallorum valens comuniter auri ———	*unciam I*
Molendinum unum situm in flumine Biferni, cujus proventus valent annuatim frumenti tuminos CLX valentes auri uncias ———	*IIII*
Vinee due destructe site infra fines dicti Castri Murronis in loco ubi dicitur Sanctus Marcus, quarum una est juxta vineam Ecclesie Sancte Marie, & juxta vineam Roggerij Raonis, & alia est juxta viam publicam, & juxta terram & vineam Johannis Viviani ———	
Vicenda una in loco ubi dicitur Cerretum juxta terram Florentie capax de semine frumenti th. triginta, & laboratur ad tertiam partem Curie. Cujus proventus valent frumenti th. XXVIII. valentes auri uncias ———	*tr. VIIII &c.*
Vicenda alia in loco ubi dicitur Vicleclis juxta terram Guillelmi Raymundi capax de semine frumenti th. viginti, & laboratur ad decimam partem, cujus proventus valent annuatim frumenti th. VIII. valentes auri —	*tr. II gr. XIII ÷*
Vicenda alia sita in loco ubi dicitur pratera juxta stratam, & juxta terram Sancti Angeli, cujus proventus quando laboratur & seminatur frumento valent frumenti th. XXX. valentes comuniter auri ———	*tr. X*

Ortus unus, qui est in loco ubi dicitur galletto,

cu

cujus proventus valere possunt annuatim auri ————————	*tr. II. gr. XV.*
Subscripti redditus quos subscriptorum quilibet habitancium in Casali Sancte Marie, quod est in territorio dicti Castri Murroni reddere tenetur annuatim per terminos infrascriptos videlicet ————————	
In festo Pascatis par unum buccillatorum ——	
In festo Natalis Domini tantumdem, & quodlibet par buccillatorum predictorum comuni extimacione valere potest auri . . . que sunt in summa auri ————————	*tr. IIII gr. XIIII*
Quorum nomina sunt videlicet	
Describuntur deinceps nomina reddentium	
Subscripti redditus, quos quilibet subscriptorum hominum habitantium in Casali Seplentini sito in Territorio dicti Castri Murroni dare tenetur annuatim videlicet.	
Operam unam ad metendum, & fidendum vineam operam aliam, quelibet ipsarum valere potest comuniter auri ————————	*grana IIII*
que sunt in summa auri ————————	*tr. IIII gr. XVI*
In festo Natalis Domini par unum de buccellatis ————————	
In festo Pascatis aliud par buccillatorum quorum quodlibet par valere potest juxta predictam extimacionem auri ————————	*gr.*
Que sunt in summa auri ————————	*tr. I gr. IIII*
Deinde describuntur nomina reddentium	
Subscripti redditus quos subscripti, qui habitant in Casali Sancti Johannis Sito in Territorio dicti Castri Murroni annuatim dare tenentur videlicet.	
Par unum de ferro ad ferrandum equos valens auri gr. XII. qui sunt in summa auri —-	*tr. I gr. XVI*
Describuntur deinceps nomina reddentium, & fines ejusdem Castri.	

Ex

DOCUMENTO XLIX.

Ex eodem Fasciculo fol. 68.
VIII. die mensis Novembris V. Inditionis Castrum Boyani in Cacumine Montis quod per Curiam custoditur.

BAncus Justicie cum penis assisiarum, bannis juste impositis & contemptis valens ad plus auri uncias ——— *V*

Jus pascuorum valens ad plus auri unc. ——— *I*

Jus Dobane cum plateatico valens ad plus auri uncias ——— *XIIII*

Jus cambij valens ad plus auri unciam ——— *I*

Jus Buczarie valens ad plus auri uncias ——— *VIII*

Jus Tinte valens ad plus auri uncias ——— *II*

Jus Piscarie valens ad plus auri unc. ——— *I*

Jus Crearum valens ad plus auri unc. ——— *I*

Jus Molendinorum duorum, quorum unum videlicet non molet, & sunt prope Ecclesiam Sancti Blasij de Alberto juxta domum filiorum quondam Domini Johannis Berge, & ortum filiorum quondam Madij de Odone, quorum proventus comuni extimatione valent per annum frumenti thuminos CXLIIII. ad thuminum generalem valentes ad rationem de granis XV. pro thumino ad generale pondus auri uncias ——— *IIItar.XVIII*

Jus demaniorum infrascriptorum videlicet.

Vicende unius site in campo Martino, cui a duabus partibus est via publica capacis seminis frumenti tb. CII. conjungitur etiam ab una parte vie vicinalis. De cujus proventibus major Ecclesia Boyani recipit decimam, qua deducta laboratur ad quartam partem Curie, ex qua quarta parte possent pervenire

co-

comuniter annuatim frumenti tb. CXII. ÷ valentes comuniter ad rationem predictam ad generale pondus auri uncias ———— II tr. XXVIIII

Petia terre una que dicitur la insula juxta terram Ecclesie Sancti Blasij capacitate in semine frumenti thumini unins, & laboratur ad terciam partem, de qua pervenire posset comuniter annuatim framenti tb. I. valens ad predictam rationem auri ———— grana XV

Domus una, quam tenet Madius de Madio, & est prope frontem de Ferraro valentem per annum auri ———— tr. II

Domus alia cum Orto, que est prope Episcopatum, de qua percipit Curia libram unam de cera valentem auri ———— grana XVI

Casile unum cum orto in eodem loco valens comuniter auri ———— grana X

Domus una juxta Domum Damiani de Hugone valentem comuniter auri tarenum ———— I

Apotheca una prope Ecclesiam Sancti Thomasij in qua fit Buczaria valente comuniter annuatim auri ———— tar. II

Domus alia conjuncta domui Thomasij de Andrea Valente annuatim auri ———— gr. X

Vinea una, que est prope Castrum juxta vineam Magistri Leonis, & viam publicum, ex qua pervenire possunt comuniter annuatim vini salmas X. valentes auri ———— tar. VII &

Ortus unus qui est prope Ecclesiam Sancti Francisci juxta ortum piczonis & viam publicam, cujus proventus valent annuatim auri — tar. III

Casale unum quod est juxta domum domini Damiani, & viam publicam valens per annum auri ———— grana X

Jus piscarie aque biterni valens comuniter auri unc. II

Casile unum, quod est prope Ecelesiam Sancti He-

Herasmi juxta domum Guydonis pitalocte : cujus proventus nulli sunt quia non conducitur ab aliquo ——————

Silva una que dicitur silva de Castis valente communiter annuatim auri uncie ———— II

Castagnetum unum quod est in loco ubi dicitur Licolli, & est quasi nullius valoris & redditus ——————

Jus fori Sancti Bartholomei, quod fit in eadem terra de mense Augusti, valens per annum auri uncias —————— XX

Fines Castri Boyani sunt hij, protenditur ejus territorium usque ad aliquas mattsis, quod dividit inter ipsum & territorium Pedismontis. Ab alio latere protenditur usque ad vallonem & platano, quod dividit inter ipsum & territorium castri veccli. Ab alio latere protenditur usque ad flumen Cur. quod dividit inter ipsum & territorium Minianclli; ab alio latere protenditur usque ad collem altum quod dividit inter ipsum & territorium spineti; ab alio latere protenditur usque ad flumen Calluri quod dividit inter ipsum & territorium Sancti Maximi,

DO-

DOCUMENTO L.

Ex eodem Fasciculo fol. 70. ad 71. Medietas Montis Milluli.

JUs Bajulationis ipsius cum forsacturis, & plateaticis medietatis ipsius Castri, quod valere potest per annum auri ——— *tar. III gr. XV*

Vicenna una que dicitur vicenna curie, que est juxta vallonem & juxta terram Ecclesie Sancte Marie, que capit in semine th. XXXV. cujus proventus quando seminatur valere possunt per annum, quia laboratur ad quintam partem de grano thuminos XV. quod valet comuni extimacione auri ——— *tr. V*

Vicenna una, que vocatur vicenna Barelini, que est juxta stratam publicam, & juxta vinualia, que capit in semine & juxta vinealia, que capit in semine de grano thuminos XX. & laboratur ad quintam partem, cujus proventus valere possunt per annum comuni extimacione quando seminatur de grano thuminos X. quod valet auri ——— *tar. III gr. VII*

Vassalli subscripti dicte partis ejusdem Castri v3.

Vectototus
Raymundo de Incusito
Symeon Hospitale
Robbertus de Trasmundo
Blasius Gualterij
Sconrius de Baraldo
Alexander Gualderius
Palmerius Hospitale
Corradus Beraldi
Landulfus Guerra
Angelus Gualterius
Johannes Magistri Mathei
Johannes Berardi de Juliano
Jo: Berardi de Tancredo
Jacobus presbiteri Robberti
Nicolaus Landulfi
Ser. Bartholomei
Landulfus de Viscunis
Philippus Landulfi
Jo: Robberti
Jacobus Jo: Robberti
Roccus Jo: Robberti
Jacobus Bar:
Bar. de Capisuro

Lan-

Laurentius Bar:	*Bartholomeus Philippi*
Petrus Sancti Georgij	*Stabilis de Petro*
Parisius Hospitalis	*Angelus Alexandri*
Jacobus de Vitale	*Magister Petrus de Bar:*
Jacobus Nicolai	*Landulfus de Virdelacte*
Dominicus Ber:	

Quilibet ipsorum servire tenetur in festo Pasce par unum de piczis, & in nativitate Domini par unum de piczis valentia comuni estimacione —— *gr. II*

Quæ sunt in summa auri —— *tar. III gr. X*

In carnepiccinio gallinam unam valentem gra. III

Que sunt in summa auri —— *tar. V gr. V*

Et operas duas unam videlicet ad brachia valentem —— *gr. III*

Que sunt in summa auri —— *tar. V gr. V*

Et alia cum bubus ad seminandum valentem comuni extimacione —— *gr. VII*

Que sunt in summa auri —— *tar. XII gr. V*

Summa tocius pecunie proventus predicte medietatis Montis Milluli: auri uncia I. tareni VIII. gr. VII.

DO-

DOCUMENTO LI.

Ex Regest. Serenissimi Regis Roberti signato 1333, e 1334. B. fol. 188.

Robertus &c. Justitiariis Terre Bari presentibus & futuris fidelibus suis gratiam &c. Quia beneficia Principum publici boni causa introducta precipue fore mansura convenit, & ab injuriationis tedio aliena ipsorum debet cura laborare sollicite, ut interjectos anfractus auferat, & molestationis cuiuscumque prepedia congrua provisione precidat. Sane olim pro parte hominum terre Mauli de ipsa provincia nostrorum fidelium fuit nobis expositum, quod dudum divine memorie Rex inclitus dominus Avus noster, publice ac private comoditatis consideratione suasus, terram ipsam de novo constituit, & ejus incolis inter immunitates, & libertates alias per eum concessas eisdem induxit; quod cum hominibus vicinarum terrarum, utpote Bari, Nobe, Rutiliani, Cupersani, Casemaxime, Turi, Poliniani, & Monopoli, in eorum territoriis pro suis eorumque animalium usibus ligna sicca, aquas, & pascua absque fida, seu plateatico, & jure quocunque alio per eos inde solvendo, comunicare possent, & sumere libere pacifice, & quiete. Cum autem homines dicti loci comunionem, & perceptionem lignorum, aquarum, & pascuorum hujusmodi a tempore costructionis loci predicti usque ad tempus rebellionis Sicilie in consuetudinem observatam, sicut ponebatur, pacifice deduxissent, per quam ius eis erat in ipsa comunione quesitum, & post rebellionem eamdem homines vicinarum terrarum ipsarum, seu ex eis aliqui in observantia comunionis eiusdem se ostenderent renitentes, de ipsa eis consuetudine observanda speciales litere domini patris nostri, tunc Salernitani Principis, & domini Roberti Comitis Atrebatensis, tunc temporis Baiuli dicti Regni Sicilie, ad Justitiarios dicte provincie per diversa tempora manaverunt; quarum litterarum autoritate quondam Guillelmus de

 Fos-

Fossis miles, tunc Preses dicte provintie cum de pretacta sibi consuetudine constitisse, mandari fecit per speciales commissarios suos sub certa pena turbatoribus antedictis, ut permicterent de cetero homines terre Mauli predictos uti comuniter in tenimentis eorum libere, & absque affida, platia, & quocumque alio iure, ac comunitare in sumendis pro eorum animalibus pascuis, aqua, lignis siccis, & quibuscumque aliis, nullo proinde jure solvendo pacifice & quiete, sicut de Regio beneplacito processerat, & mandato, prout hec omnia in quodam instrumento publico ponuntur seriosius annotari. Ad supplicis igitur petitionis instantiam pro parte dictorum Maulentium tunc celsitudini nostre factam, de premissis fide sumta, & informatione collecta eis pretactam consuetudinem, si & prout in illius possessione jamdicta juxte, & rationabiliter ex pretactis causis fuisse noscebantur, de certa nostra scientia, & speciali gratia duximus confirmandam, sicut in quodam nostro privilegio concesso dictis Maulensibus continente seriem publici instrumenti jantacti ponitur contineri jusso, ut subdicitur, per nostras speciales litteras alias Justitiario Regionis, ut bujusmodi privilegium, & consuetudinem mandaret, & faceret prefatis Maulensibus tenaciter observari. Quarum literarum vigore Gentilis de Corbaria miles, tunc temporis Justitiarius dicte Provincie mandari fecit per certos commessarios ejus cuilibet Universitatum prescriptarum Terrarum ad penam onciarum centum, & singularibus personis earum unciarum, decem presentibus quidem audientibus & videntibus, nihilque rationabile allegantibus, & dicentibus in adversum ne prefatos Maulenses in possessione seu quasi dicte consuetudinis, in qua fuerant, & tunc erant, ullatenus perturbarent, sicut quoddam alium instrumentum publicum hec dicitur continere. Super quibus eis similiter observandis, & de iniungendo tam officialibus spectabilis Gualderii Ducis Athenarum, Brenne, ac Litii Comitis nepotis nostri, quam Universitatibus civitatis Cupersani, aliarumque terrarum predictarum sub formidabilibus penis, ne ipsos Maulenses turbare

re

re presumerent; in premissis nostre pridie speciales littere ad instantiam dictorum Maulensium, uti precepimus, processerunt. Noviter autem jamdictorum Maulensium Sindicus nostram presentiam repetens, & querelas exponens, dictos Maulenses super possessione seu quasi prenotate consuetudinis iterate turbationis sentire dispendia, & pretacta eis nostra privilegium, & literas non servari, pro ipsorum parte nostra circa id provisionis oportune remedium adhibere suppliciter postulavit. Et contra memoratus Dux se huiusmodi Maulensium supplicationi obiciens, & asserens se fore in possessione seu quasi recipiendi jus fide a dictis Maulensibus pro lignis, aqua, & pascuis, que sumunt in territorio dicte terre Cupersani, in hac possessione per nos servari se petiit, & eadem nostra privilegium, & litteras tamquam precedentia in ejus iuris dispendium revocari. Nos ergo volentes de hiis plenarie informari, certis de nostro consilio expresse commisimus, ut dicta vestra privilegia, & literas, ac cautelas alias, quas habent super hoc dicti Maulenses, diligenter examinarent, & inspicerent, & de contenctis in eis nostram excellentiam informarent, & quia videtur secundum informationem dictorum commessariorum nostrorum, exinde nobis factam, quod ex quo dicta Universitas terre Mauli inducta fuit in possessione seu quasi supratacte consuetudinis, per predictos officiales presertim Guillelmum de Fossis virtute commissionis ei facte, per eosdem dominum patrem nostrum tunc Principem Salerni, & Comitem Atrabatensis, tunc Regni Baiulum, nec non Gentilem de Corbanis, autoritate possessionis facte sibi per nos nihil hominibus ipsarum terrarum circumpositarum rationabile allegantibus, & dicentibus in adversum, sicut informatio ipsa continuit cum serie precedenti concordans, debeant iamdicti Maulenses in illa manuteneri, & pariter conservari; ita secundum premissa determinamus servari auctoritate presentium de certa nostra scientia, & vobis expresse precipimus, ut eosdem Maulenses in possessione seu quasi dicte consuetudinis sumendi libere in territoriis supra-

 scripta-

ſcriptarum terrarum aquam , ligna , paſcua , & alia quecumque ; ſicut preſcribitur, conſervetis, manuteneatis , & defendatis noſtri preſidii poteſtate turbatores , ſi qui fuerint , per formidabilium impoſitiones penarum , & exactiones earum , ſi in illas inciderint pro noſtra Curia , ac alia iuris oportuna remedia a turbationibus ipſis deſiſtere efficaciter compulſuri : ita quod ad nos , quam moleſte ferremus iterata querimonia, non feratur ; ſi vero dictus Dux poſſeſſione in qua eſſe ſe dicit , vult de hoc docere legittime, ad hoc ſibi uſque ad feſtum reſurrectionis Dominice primo futurum termino aſſignamus . Preſentes autem literas poſt oportunam iſpectionem earum preſentanti reſtitui volumus, donec opus fuerit valituras . Datum Neapoli pe Joannem Grillum de Salerno &c. anno Domini M. CCC. XXXIV. die XIIII. Februari XI. Inditionis, Regnorum noſtrorum anno XXV.

DO-

DOCUMENTO LII.

Ex Regest: Serenissimi Regis Caroli Secundi signato 1304. fol. 51. a t. ad 52.

K*Arolus Secundus &c. Universis presentis indulti seriem inspecturis tam presentibus, quam futuris operam daturus est princeps, ut que contra fas gesta sunt, fructum obtinere non valeant, & que bene recteque geruntur firmitatis robore fulciantur. Sane pro parte Universitatis hominum terre Precine nostrorum fidelium fuit nuper nobis expositum, quod quondam Fredericus Imperator* ante temporis *depositionis ipsius fidem, & devocionem sinceram, quam tunc homines dicte terre erga eum habuerunt, & habebant attendens quoque fidelia facta, & grata servicia que ei prestiterunt, & que de bono in melius exhibere poterunt in futurum, & specialiter quod quotiens placebat eidem quondam Frederico ire atque morare in terra ipsa Precine, universi & singuli eiusdem terre affectuose, ac satis illariter non solum ei, verum omnibus de sua familia multimodis obsequiis placere studebant, ac volens propterea dictos homines, & terra ipsa Precine, quam gravi ei residebat dignis beneficiis ampliare, hominibus ipsis, heredibus & successoribus suis in in perpetuum gratiose concessit, ut in tenimentis Civitatis Castellipagani, & santi Nicandri uti possint libere pascuis pro animalibus suis sine affid tura, & iure aliquo exolvendo, & quod liceret eiusdem hominibus in tenimentis terrarum ipsarum libere ligna incidere, & habere ad usum & utilitatem eorum, preterquam in defensis ipsius quondam Frederici Cereo, quas neminem ingredi voluit pro utilitatibus supradictis, desuper habundandi quoque gratia concessit eisdem, & ex nunc in ipsa terra Precine nundine fieri debeant singulis diebus mercurii tantum ab omni plateatico sint liberi & immunes, prout in privilegio ipsius quondam Frederici cereo sigillo munito eisdem hominibus inde concesso plenius, & seriosius contine-*

 tur

tur devota pro parte dictorum hominum supplicatione subiuncta, ut premissas gratias per dictum quondam Fredericum hominibus ipsis factas pro habundancioris eorum cautele suffragio per novum nostre ratificationis, & approbationis munimen expediens confirmare benignius dignaremur. Nos igitur ex zelo dominice caritatis quod ad fideles, & subiectos nostros nos provebit, illorum causas debitis intendentes fulcire presidiis, & oportunis favoribus confavere, ducti etiam specialis devocionis induitu, que ad gloriosam Virginem Celi Reginam efficimur, cuius vocabulo Civitatis Sante Marie maior insignitur Ecclesia, quam in eius honorem fundamus, cuique dictam terram Precine gratiose concessimus, eorumdem hominum supplicacionem in hoc ad exaudicionis gratiam admittentes, premissa omnia & singula, in quorum dicti homines possessione consistunt ex vigore dicti privilegii, quod in prima sui figura sub prefato sigillo cereo concedentis ipsius formam privilegii continere videtur, tam privilegium ipsum in eius substanciam debita firmitate subsistit eisdem hominibus pro se heredibus, & successoribus suis in perpetuum presentis scripti serie confirmamus de certa nostra scientia & gratia speciali, juribus aliis Curie nostre, & cujuslibet alterius semper salvis. In cuius rei testimonium futuram memoriam, & predictorum hominum terre Precine cautelam perpetuo valituram presens indulti scriptum eis exinde fieri & aurea bulla nostre maiestatis impressa tipario jussimus communiri. Datum Neapoli per Barthbolomeum de Capua militem &c. die XI ianuarii III. Iudictionis.

DO-

DOCUMENTO LIII.

Ex Regest. Serenissimi Regis Roberti 1325. fol. 274.

SAne pro parte Trojanorum civium nostrorum fidelium habuit nuper expositio querula facta nobis, quod licet inter eos, ac homines terrarum viciniorum, videlicet Casalium Castellutii, Vallis Majoris, Crepacordii, Ripe Longæ, Ursarie, & Pontis Albaneti in sumendo per eorum animalibus aquas, & pascua in territoriis civitatis, ac locorum ipsorum ab antiquo fuerit servata utrique comunitas sine alicujus differentiæ, seu impugnationis obreptu, homines tamen, seu officiales Dominorum casalium eorumdem in iis territoriis trojanis eisdem fraudem facere molientes habiliora loca, in quibus predicta sumi pascua consueverunt, & aquæ redigunt in defensas, non permittentes, quod exponentes ipsi eorum animalia, ut assuetum est hactenus, in territoriis seu locis depascant eisdem in eorumdem exponentium commune dispendium, & non modicum detrimentum, super quo per eos nostra provisione petita fidelitati vestræ earum serie jubemus expresse, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, si res ita se habeat tam tu præsens, quam vos alii justitiarii successive futuri memoratos homines casalium prædictorum, quod eidem supplicantibus circa perceptionem aquarum, pascuorum ipsorum, vel nil injuriosum indebitum, vel molestum contra consuetum & debitum inferre præsumant, per penalia jurisque alia districtiva remedia, prout expedire videritis, auctoritate præsentium arceatis, ita quod scribi vobis ulterius non sit opus. Præsentes autem literas post opportunam inspectionem earum restitui volumus præsentandi efficaciter in antea valituras. Dato apud Castrum Maris de Stabia per Jo. Grillum de Salerno. Anno Domini MCCCXXV, die 25. Julii octavæ Indictionis.

DOCUMENTO LIV.

Ex Regesto Serenissimi Regis Ladislai signato 1407. fol. 51.

LAdislaus Rex &c. Universis &c. Princeps providus considerare debet gravamina subditorum eisque sue munificentie dexteram demostrare, ut ipsi oppressi hactenus guerrarum frimitibus ab eis suscitatj valeant aliquatenus respirare. Sane actendentes oppressiones maximas, quibus Universitas & homines castri Sancti Herasmi de provincia terre Bari, hactenus oppressi fuerunt, & ad diversa onera subeunda, pro parte nostre curie compelluntur. Ut proinde onera ipsa possint nihilominus substinere, nec minus devotis supplicationibus pro parte dictorum Universitatis, & hominum culmini nostro factis eisdem Universitate, & hominibus uncias duas de carlenis argenti ponderis generalis, quas omnis singule unce nostre, seu baiulis terre nostre Matere pro parte dicte curie nostre tenentur pro communitate herbarum, & aquarum, quam homines ipsi habent cum hominibus dicte terre Matere, pro bestiis eorumdem tenore presentium de certa nostra scientia dimictimus & gratiosius relapsamus. Et nihilominus hominibus dicti castri Sancti Herasmi ipsarum presentium tenore concedimus, quod possint & valeant aquas, & herbas predictis eorum bestiis habere in comuni cum Universitate, & hominibus terrarum Altamure, & Iohe de dicta Provintia terre Bari. Mandantes earumdem tenore presentium de dicta certa nostra scientia officialibus nostris, ad quos spectat, nec non baiulis ac Universitati, & hominibus terrarum predictarum, tam presentibus quam futuris, quatenus eisdem Universitati, & hominibus dicti Castri Sancti Herasmi presentem nostram gratiam observare efficaciter, ac observari ab aliis quantum in eis sint, & inviolabiliter faciant, atque mandent. Nichilque in contrarium presumant agere, sicut habent gratiam nostram caram. In cuius etc. Datum in Ci-

vi-

vitate nostra Tarenti in absentia etc. per Virum nobilem Nicolaum Mooczapede etc. anno domini MCCCCVII die decimo mensis Maii XV. Indictionis, Regnorum nostrorum anno XXI.

DO-

DOCUMENTO LV.

Ex eodem Regesto. Fol. 76. a ter.

LAdislaus Rex &c. Universis & singulis notum facimus per eosdem, quod nos volentes cum Universitate & hominibus ac singularibus personis terre Latercie de Provintia terre Idronti fidelibus nostris dilectis agere gratiose, ac ad eorum utilitates & comoda promptos esse, ac attendentes morem esse & usum in Civitatibus & terris Apulie, & presertim in terris, & locis provincie terre Idronti, quod couiunctim aquas, erbas, & ligna, comunes & comunia habeant eisdem Universitati, & hominibus, & singularibus personis eorumque posteris, & successoribus in perpetuum; tenore presentium de certa nostra scientia permittimus & concedimus, quod ipsi pro eorum & ipsorum animalibus usu, & cursu comunionem habeant aquarum, erbarum, & lignorum, ac aliarum rerum, prout mox est & usus, in dictis provinciis cum Universitate, & hominibus Civitatis Castellanete, eiusque pertinentiis, & districtus, quodque in ea & eius territoriô cum dictis eorum animalibus, & pro ipso usu stare possint de die pariter, atque nocte. Mandantes propterea earumdem tenore presentium Universitati, & hominibus dicte Civitatis, quatenus forma presentis nostre concessionis, & permissionis per eos diligenter actenta ipsa predictis Universitati & hominibus dicte terre Latercie, ac singularibus personis observetur inviolabiliter, & faciant ab aliis observari, nullum eis impedimentum in comunione huiusmodi quomodolibet faciendo, cauti de contrario sicut habetis gratiam nostram caram & indignationem &c. Et si convicini & homines, ac singulares persone dicte Civitatis Castellanete in premissis fuerint forsitan renitentes, ipsos ad predicta servanda per Iustitiarium seu alios Officiales dicte provincie terre Idronti per penarum impositiones, & quævis alia oportuna remedia districtius ad omnem requisitionem eiusdem Universitatis, & hominum dicte terre Latercie compelli

li volumus , & mandamus . In cuius rei testimonium &c. Datum Tarenti in absentia &c. per virum nobilem Nicolaum ut supra ; anno Domini millesimo CCCCVIJ. die tertio mensis Maij XV. Indictionis ; Regnorum ut supra .

DO-

DOCUMENTO LVI.

Ex Regest. Serenissimi Regis Roberti signato 1340. A fol. 110. a t.

Robertus &c. Universis presentes literas inspecturis tam presentibus quam futuris. Que pro nostrorum fidelium cautela petuntur ad rei geste memoriam audientia benigna recipimus, & exequutioni rationabili promovemus. Sane pro parte Universitatis hominum Civitatis Ducalis nostrorum fidelium fuit nuper maiestati nostre devotius supplicatum, ut cum clare memorie dominus Carolus Secundus Jerusalem, & Sicilie Rex Illustris reverendus pater noster concesserit gnefatis hominibus infrascriptum suum privilegium de costructione & habitatione Civitatis ipsius, quod sicut dicitur, casualiter est amissum, reassumi illud de regestis regalibus, sibique pro cautela tribui mandare, benignius dipraremur. Nos autem hujusmodi supplicationibus inclinati quesitis de mandato nostro regestis eisdem, que in Archivo nostro servantur, tenorem ipsius privilegj, prout de illis assumptus est, de verbo ad verbum, sicut infra describitur, mandavimus, & fecimus presentibus annotari. Cujus privilegii tenor per omnia talis est. Karolus secundus Dei gratia Rex Jerusalem & Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, Provincie, & Forqualquerj, ac Pedimontis Comes. Universis presentis indulti seriem inspecturis tam presentibus, quam futuris, principale presidium de subiectorum cura providens, non nunquam ex causa precipue regiones & loca separat, & interdum divisa reducit ad integrum per allegabilem unionem. Sane Syndici Universitatis hominum terrarum, & locorum Vallis Introduci nostrorum fidelium, & specialiter castrorum Furcapetule, Rocce de fundo, Pendentie, Podii Girardi, Pecesie, Sancte Rufine, Luniani, Baluijani, Arpaniani, Cantalicij, & aliarum villarum, & locorum dictorum castrorum, lacrimosa in nostra Curia expositione monstrarunt, quod eos circa dicti Regni

gni nostri Sicilie limites, & confinia positos pauperes utique dispersos ad invicem, & a nostro nostrorumque officialium propter remotam distantiam, & finibus ipsius regni conterminam presidio, & tuitione se positos, ac proinde depredatione, rapinis, & iniuriis quorumcumque petentiorum, & maxime viciniorum non regnicolarum, quos juris dictionem compescere non valemus, expositos habilitate aptata cuncti vicini presertim exteri pro libito vexant, pro voto spoleant, depr dantur ad placitum, & in ipsos omni ratione, & humanitate remotis sequentes proprie voluntatis arbitrium non rationis judicium debaccantur, quo fit ut dum tanto turbini subiacent; nec sibi suisque familiis victum saltem tenuem ministrare sufficiunt, nec onera fiscalium functionum, quibus sunt, sicut & ceteri dicti nostri regni fideles obnoscii fisco solvere nostro possunt, quinimmo natalis soli dulcedine derelicta; quasi pars major eorum desertis incolatis propriis suam transtulit extra dicti regni confinia mansionem. Humili per eos supplicatione subiuncta, ut ne remanentis in locis eisdem ad translationem predictorum incolatuum extra Regnum, impellente necessitate simili, compellantur de loco aliquo convenienti, & tuto in dicta Valle per nostram Curiam eligendo, in quo dicte Universitates, seu earum homines simul morari valeant, et in eo communantiam, seu communitatem unam facere, ac habitare in ipsa, et eorum bona tenere, et habere ibidem ad honorem nostrum, et fidelitatem gratiose providere ipsis dominica cura, et sollecitudine dignaremur, et ut Barones dictorum locorum, et villarum ex concessione hujusmodi nostre gratie dispendiosius non gravarentur, sed per eosdem Syndicos sollemniter, et legittime nostre regali Curie obligarunt barones ipsos indemnes facere de concessione communantie; seu communitatis predicte, et sic eis satisfacere, quod possint se reputare contentos de omnibus, ad que vassalli predicti tenentur eis, et facere debent de approbrata consuetudine, vel de iure, prout hoc et alia in instrumento sindicatus eorumdem plenius, et seriosius conti-

nen-

nentur . Nos autem predicta expositione, et supplicatione benigne audita, ac de prefatis eorumdem exponentium oppressionibus gravaminibus, et iniuriis querelis frequentibus, et quotidianis sepissime ad aures nostras perlatis, perspicientes in hiis tam bonori, quam compendiis nostre reipublice, que propter causas easdem difficililer poterat, ut decebat, a predictis suis fidelibus pretactas removere molestias, et illatas iniurias debitis, et repressivis remediis mendicare; nec propter consecutionem ex boc eorum pauperiem valebat ab illis fiscales percipere funtiones, quam etiam dictorum baronum, qui eorumdem vassallorum erant destituti compendio, et vassallagio, quadam consecutione privati eo quod iam dicti vassalli se, ut prescribitur, trastulerant extra regnum; fugientes quodammodo faciem prosequentis compaciente quoque pio mentis affectu, ipsorum supplicantium oneribus pressuris, et aliis rationabilibus causis in examine debite considerationis adductis, supplicationem ipsorum subscripto modo de ingenita nobis clementia duximus admittendam, videlicet quod ipsis per nostram Curiam assignetur pro communitate, seu communantia ipsa facienda, et bonorem, et fidelitatem nostram, heredumque nostrorum, prius super hoc habita diligenti provisione, ac discussione per discretas personas, ad id per nostram Curiam specialiter destinatas, loco in dicta Valle Mons videlicet, qui dicebatur actenus Radicaria, quam quidem communantiam pro eo quod de ipsa constituenda cum Roberto primogenito nostro Duce Calabrie, ac nostro in eorum Regno Sicilie Vicario generali prius habitus est tractatus, Civitatem Ducalem nominandam providimus ad inbabitationem, cujus neminem invitum volumus coerceri, sed si qui ad babitandum inbibi spontanee volunt accedere, si quidem sunt aucararj, vel alicui baroni, aut alteri personaliter obbligati, ita demnm ad ipsius terre accedere valeant incolatum, si Baronem, aut personam aliam, cui tenentur personaliter, sicut premictitur, super indemnitate translationis bujusmodi contentum, faciant & pagatum tenean-

neantur etiam habitatores prefate Civitatis Ducalis in summitate dicti montis Radicarie, qui nunc Civitas Ducalis dicitur, ut prefertur, ubi provisum fuerit per Curiam sepe fatam facere, pro nobis memorato Duce heredibus, & successoribus nostris palatium unum cum fortellitiis undique ambitu murali vallatum, decens fortis & conveniens secundum arbitrium boni viri ad omnes expensas eorum, ac dare perpetuo gagia consueta castellano, seu contercio, & servientibus quatuor ad ejus custodiam per curiam deputandis, ac si quod absit turbatio in ipsis partibus, aliquotiens orietur gagia pluribus servientibus, prout & quantum expediens fuerit, ministrabunt, dabit quoque eis Curia nostra Capitaneum cum mero, & misto imperio, & servientibus oportunis; nec non judicem & actorum notarium ad competentia gagia, videlicet pro Capitaneo, si fuerit miles, unciarum auri quadraginta octo, si scutifer trigintasex pro quolibet serviente unciarum trium, pro iudice unciarum decem & octo, & pro Notario actorum unciarum auri duodecim, ponderis generalis per annum solvenda eis de proventibus ibidem per eos faciendis, & de defectu si quis affuerit per homines Universitatis prefate, fiet debitum supplementum, ipsa vero Universitas eliget iudices in illo numero, quo eliguntur per Universitatem Aquile, & tantumdem Curie nostre judices ipsi solvent, quantum solvitur per judices Aquile memoratos, quibus pro parte Curie capitaneus eorum, qui ibi pro tempore fuerit, faciet de iudicato ipso litteras competentes, & recipiet pro parte iam dicte Curie, & mittet ad Cameram nostram ius debitum pro sigillo & officio Iudicatus, quod solvi consuetum est, per eosdem Iudices Aquilanos. Que omnia, & singula prefati Sindici sufficienter instructi pro parte, & homine Universitatis dicte communantie, ac hominum Universitatis eiusdem complere, servare, ac facere se sollemniter, & legitime prefate nostre Curie obbligarunt. In cuius rei testimonium perpetuamque memoriam, & tam nostre Curie, quam predictorum hominum, & aliorum quorum interest cau-

te-

telam, presens indultum exinde fieri, & pendenti sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri, alio consimili sub aurea bulla ejusdem nostre Maiestatis impressa tipario facto exinde ad cautelam. Datum Neapoli per manus Bartholomei de Capua militis Logothete, & Protbonotarii Regni Sicilie: anno domini M. trecentesimo nono, die XV. Septembris VI. inditionis, Regnorum nostrorum anno vigesimo quarto. In cuius rei testimonium presentes literas fieri, & pendenti Maiestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Neapoli per Iohannem Grillum de Salerno &c. anno domini M. CCC. XXXXI. XXII Martii none indictionis. Regnorum nostrorum anno XXXII.

DO-

DOCUMENTO LVII.

Ex Regest. Serenissimi Regis Caroli Secundi signato 1308. & 1309. C. fol. 10. a ter.

KArolus Secundus &c. Universis presens privilegium inspecturis tam presentibus, quam futuris. Quatenus si premia conferantur hominibus, ac retribuciones merentibus impendantur, divine tamen clementie, eque recipit cuncta, que habet humana condicio, largitiones igitur sunt huberius exhibende. Huius igitur considerationis intuitu a divina gratia cognoscentur simpliciter omnia, que habemus. Tenore presentis privilegij in perpetuum valituris donamus, & concedimus ad honorem, & reverentiam summi Regis, Monasterij Beate Virginis de Floresia, sive de Corneto, & viro religioso fatri Guillelmo abati eiusdem Monasterii, recipienti nomine ipsius Monasterii, & Fratrum eiusdem, Pasquerium liberum ad omnia animalia propria dicti Monasterii, & grangiarium ipsius in toto territorio Castellane, & Castrorum omnium, que a Baronia Castellane alias fuisse, vel nunc esse noscuntnr. Dantes, & concedentes licentiam, & autoritatem plenariam dicto Abati, & singulis successoribus eius in Monasterio supradicto, immittendo, & immicti faciendo in dictum territorium, ac ducendi, & faciendi duci per territorium ipsum, tenendi etiam in eodem territorio; quolibet dolo & fraude exclusis, ac absque iuris preiudicio alieni propria tantum animalia dicti Monasterii, & dictarum grangiarum ipsius causa faciendi pascua, & aquam, ac morandi ibidem libere a prestatione pasquarii, pedagii, & alterius usaticj cuiuscumque. Huiusmodi tamen nostre gratie hanc conditionem adhibuimus, quod si predictum Monasterium, seu prenominatus Abas, vel predicti successores ipsius, aut eorum ministri bujus privilegii nostri pretextu immicterent unquam, vel immicti facerent in predictum territorium animalia aliena; decernimus, & volumus ex nunc, ut ex tunc, quod

 idem

idem Monasterium, dictusque Abas, & aliis qui pro tempore, fuerint, pretacta gratia nostra prevenentur, Quam huiusmodi aliena animalia ipso iure Curie nostre commodis, & ex tunc presens privilegium sit viribus vacuum, & nullatenus dicto Monasterio valiturum. In cuius refidem, perpetuamque memoriam, & Monasterii predicti cautelam, presens privilegium exinde fieri, & pendenti Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum aquis anno domini &c, Die nono Januarii VII, Indictionis.

Questo documento corrisponde alla faccia 26 della scrittura stampata.